





Liber de Scriptori/ bus Ecclesiasticis.



Docto ac præstanti uiro domino Iohanni de Amerbach in artibus liberalibus Parisiensi magistro: Frater Iohannes de Lapide monachus ordinis Carthusieñ. sacrarũ litterarũ humilis & indignus eiusdẽ studij professor: plurimã in domino salutem optat.

Exhibuisti mihi nuper amãtissime frater in domino: librũ quẽdam a reuerẽdo doctissimoq; patre domino Iohanne de Trittenhem abbate in Spanhem editũ & de Ecclesiasticis scriptoribus prætitulatũ: postulans ut eum legendo respicerem: & si dignũ tua impssione censerem: qua multiplicãdus in noticiã & usum plurimorum uenire posset: te operã daturũ ut res citius pficeret̃ spõdebas. Ego dilectioni tuæ (cui nihil me negare fas est) morẽ gerere cupiens: animoq; uolũtario ac prompto illũ in manus suscipiẽs legi (quãq̃ apud te tam definitũ suspicarer quid esses facturus) Quo diligẽter pspecto & examinato: nõ repeti ullũ opus oportunius his nr̃is temporibus manus meas incidere potuisse: qd̃ mihi acceptius & cũctis litteraꝝ ac ueritatis amatoribus utilius magisq; necessariũ existimauerim. Inueniunt̃ etenim multa præclara uolumina: quorũ cum tituli & auctores uel incogniti uel incerti habeant̃: fit ut inter apocrypha deputent̃: Et ea inde ĩ neglectũ & in cõtemptũ penitus uenire: nemo q recte sapit ignorat. Reperiunt̃ præterea & nũc præsertim int̃ libros impssos plurimi: quos suis auctoribus iniuste detractos & alienis falso ascriptos esse cognoscimus. Quod utrum liberariorũ ignorãtia: an odio uel fauore aut utilitatis cuiuslibet gratia factũ sit: meũ nõ est dijudicare. Eo tñ fit: ut & illi afficiant̃ iniuria: & isti aliorũ studijs uane laudent̃: lectoribus quoq; uaria errandi præstet̃ occasio. Operepreciũ igit̃ erat ut huiuscemodi uitijs & erroribus quoquo modo occurreret̃. Qd̃ mea sentẽtia neq; cõmodius neq; satius effici poterat: q̃ ut e doctorũ uirorũ numero quispiã uniuersos qui recte de rebus honestis scripserũt: siue uita defuncti sint: siue adhuc ea fungant̃: quoad fieri posset: in unũ colligeret uolumẽ: singulis singl'a sua opera adnectẽdo. Verũ cũ huiusmodi officiũ pdifficile sit & immensi laboris: uirũ requirẽs industriũ: eruditũ: rerũ gestarũ cognitorẽ: lectiõisq; ac librorũ reuolutiõis infatigabilẽ: nõ est quisq̃ inuentus usq; ad hoc præsens tempus qui hoc attẽptare præsumpserit: præter illũ ante memoratũ dignissimũ uirũ: qui (haud dubiũ) diuino spiritu afflatus & suscitatus: ausus est id aggredi & puigili suo studio: singulari adinuẽto modo & ordine: narratiõe uera: elegãtiq; sermõe: cœpit ac fœliciter pfecit. Cui reuera totus litteratorũ præteritorũ: præsentiũ: futurorũq; cœtus minime cõdignas ac debitas reddere poterit gratias. Habes itaq; tã uir optime quid de ostenso mihi libro sentiã: & quãti eum ego faciã. Quã ob causã meo nõ solum cõsilio sed & hortatu atq; rogatu curare uelis: ut q̃totius fieri possit impssioni tuæ illum subijcias & pficias. Sic enim omnes bonarũ artiũ cultores una cũ collectore tibi facies sempiterna laude ac memoria obnoxios. Condignã præterea mercedẽ a remuneratore omniũ pro gloria sua laborantiũ altissimo deo recepturus. Vale frater amantissime: Ex domo Carth. Basil'. v. Calend'. Septembris Anno domini Mill'. CCCC. XCIIII.

Annotatio Scriptorum in hoc opere cōmemoratorū: cum appositione numeri ordinem & locū uniuscuiusq eorum demoustrantis.

τέλοσ

Disertissimi uiri Reuerēdiq; in christo patris: dñi Iohānis de Trittenhem abbatis Spanhemensis: ad Reuerendissimum in christo patrem: dominū Iohannem de Dalberg Episcopū Vuormaciensem: Epistola.

Reuerendissimo in christo patri & domino: dño Iohāni de Dalberg diuina prouidentia Vuormaciēsi Episcopo: Frater Iohānes: uocatus abbas in Spanhem: ordinis sancti Benedicti: modicum id quod est. Consueuerunt olim ueteres (reuerēdissime pater) si quid operis noui cudissent: ut robur & firmitatem acciperet perpetuam: id uiris dicare præstantibus: quaten⁹ æmulorum lingua uenenata lumine maiestatis reuerberata: dentem praui morsus nusq̃ ualuisset infigere. Nec eos fallebat opinio: quæ ex humilitate processit: cum doctis semp præsulibus amica sit in subditos laudibus attollenda benignitas: quæ bonorū studia remunerat: prauorum coercet. Hoc nostri quoq; uetustatis exemplum pro posse imitantes: opera quæ scriptitant dicata ecclesiarū prælatis ac uiris doctorib⁹ solent submittere: ut eorū auctoritate comprobata: secure ualeant in publicum prodire. In lucem enī sine timore prodeūt: quæ testimonio pontificis fulciunt̃. Nemo quippe ni stolid⁹ facile accusat: qđ iudicio maioꝝ comprobari nō ignorat. Tuto quiescit innocentia ouium: quā pastoris boni miseratio contuetur. Cum igit̃ exempla ueterum nobis sint incitamenta uirtutū: dignum est ut eoꝝ imitemur mores sacros: quorum canimus laudes: quatenus dum nos ex illis atq; ex nobis alij proficiunt: ordo ecclesiasticæ hierarchiæ inuiolabilis pseueret. Et licet minor sim q̃ ut meis opusculis quempiā delectari cōfidam: id tamen qđ habeo in dñi gazophylacium humiliter offerre institui: in quo Crœsi diuitijs æra duo uiduæ iure præferūt̃. Cū itaq; nuper ad instantiā amicorū: Librū de scriptorib⁹ ecclesiasticis multo labore comportassem (quemadmodū res ipsa testatur) ne uestigijs ueterum oberrarē: hunc ipsum laborem meū alicui uiro doctissimo & ecclesiastica dignitate præstāti submittere decreui: cuius auctoritate & beniuolentia dentes inuidorū sine morsu transiret. Cūq; hinc multa cogitatio mihi succreuisset: cui eandem lucubratiūculam considerem gratiorem: se multi obtulere uacillanti: de quorū doctrina & beniuolentia spes non modica ꝑmissa uigebat: inter quos tu mihi pater reuerēdissime: potior: eminentior: doctiorq; occurristi: qui omēs doctrina uincis: & eruditiōe superas uniuersos. In te nobilitas generis alti relucet: episcopalis auctoritas eminet: honestas morū conspicit̃: bonarū artium omnimoda scientia collaudat̃. Nū talem poterimus uirū præter te usq̃ inuenire: in quo hæc omnia simul concurrāt? Inter alemanos neminē tibi pater reuerēdissime noui æqualem: in quo genus: dignitas & eruditio tanta refulgeant. Non loquor ad aurem: testis assit omīpotens: nec blandus capto laudator: quoniā germania omīs te uirū undecūq; peritissimū nō ignorat. Te colunt docti: te nobiles ac principes obseruant: tu nobis qđ Platonarratur fuisse Antimacho: tuo comprobat⁹ eloquio: doctus merito iudicatur. Publica fama quæ non mentit̃ agnouimus: q̃ profūda scientia in sacris litteris tibi abūdet: q̃ pspicax interpretatio iuris: quāta deniq; suauitas: dulcedo: leporq; dicēdi ac perorandi: ut doctissimis uiris: quorū in catalogo mentionē fecimus: te conferendū nō dubitem⁹. Testant̃ hoc lucidissimæ orationes quas habuisse diceris: testantur epistolæ: testantur epigrāmata plura. Siquidē clarissima nominis tui fama: nō solum nostris Germanis: sed & Italis & Gallis cū laude inotuit. Hinc subijt animū ut tanto tibi pontifici subiectum opus de scriptoribus ecclesiasticis inscriberem: dicarēq; tuo nomini: quatenus sub umbra pontificalis culminis quiescerē securus. Sed dum intueor corusci luminis in te splendorem: reuerberor: retrahor totusq; formidine tantæ maiestatis tuæ concutior: ne forte tibi patri sublimi atq; doctissimo scientia: merito & dignitate prorsus inferior: inde displiceā: unde pla-

cere præsumebã. Scio eñ occupationes tuas plurimas: & sacrata studia nõ ignoro: quibus molestus esse meis nenijs nõ debueram. Sed animat me doctrina tua: quam benignitas & humanitas tua cunctis reddit amabilem: quippe quæ litteras nullius abhorret: nemineq̃ indignum suo censet alloquio. Ad tuam celsitudinem igitur quãq̃ infirm⁹ sim accedo: tibi præsens opusculũ humiliter submitto: te iudicem illius ac defensorẽ constituo. Suscipe quæso pater reuerẽdissime atq̃ doctissime hanc nostram qualemcũq̃ lucubrationẽ: examina: iudica & defende: eãq̃ si dignam iudicaneris benigno fauore ꝓsequere. Et qui ueterum scripta continua lectione reuoluis: eorum quoq̃ si quando uacat catalogũ digneris inspicere. Ego aũt adhuc nulli præsens cõmunicaui opusculum: donec agnoscam id tuæ auctoritatis testimonio comprobatũ. Expectant illud amici: impræssores præstolant̃: sed paternitatis tuæ sententiam oĩbus censeo pæferendã. Indulgeat mihi oro clementissima paternitas tua: ꝙ auribus occupatis in arduis: ineptias meas præsumpserim reserare: quia tãta mihi de tua humanitate: mãsuetudine & benignitate fiducia est: ut de beniuola susceptione nostri catalogi: minime liceat dubitare. Et pro maximis computabo delitijs: si te meis lucubratiunculis agnouero delectari. Vale Reuerẽdissime pater: & me famulũ tibi deditissimũ: cũ destinato uolumine habeto cõmẽdatũ. Ex Spanhem: sexto Calend. maij. Anno dñi. M. cccc. xcij.

Eiusdem Reuerendi patris: domini Iohãnis de Trittenhem in Librum de Ecclesiasticis scriptoribus: Prologus.

m

Vltorum instantia sæpe rogatus sum: ut librum quẽ de scriptorib⁹ ecclesiasticis olim inchoaueram: iam pro noticia librorũ habenda: quandoq̃ nacta oportunitate ꝑficiam. Diu fateor distuli: ne si tam ardua inconsulte aggredi præsumerẽ: æmulorum odia ex leuitate mea prouocarem. Nunc antẽ quoniã ad petitionem amicorum doctorũ accessit consilium: qui ad hanc subeundã prouinciam me rationibus suis animarunt: non potui diutius eorum petitionibus resistere: maxime cum hoc nostrum opusculum tantorũ uirorum patrocinio fulciatur. Cur eñ odia detractorũ metuerem: cum doctorum refugium mihi patere uideam? Erunt non dubito qui laborem hunc nostrũ dignũ laudibus existiment: erunt etiã qui cum studio æmulationis uituperent. Quid eñ? Ergone bonoꝝ operum exercitia intermittemus: ne odia æmulorũ prouocemus? Absit. Malos quisquis non imitatur offendit: qui autem inuidos offendere metuit: bonis iniuriam facit. Et quidẽ malis displicuisse laudabile est: q nihil amare assolent: nisi eorum moribus comparet̃. Iam nũc igit̃ amici importuni exactores suscipite librum de scriptoribus ecclesiasticis compositum: quem sedulis precibus tanto cupiuistis desiderio terminari. Feci quantum potui: & huic operi promptas uires impẽdi: licet in multis affectu sit minor ipsa facultas. Ego eñ cæcutientiũ more: ductu præcedentiũ patrum hanc siluam ingressus sum: & de illorum opusculis singula congrua meo ꝓposito colligens: in hunc fasciculũ comportaui. Multos etiam scriptores diutina inuestigatione repertos magnis sudoribus & expensis: catalogo nostro inserui. Non mireris optime lector si in librorum annotationibus ac titulis non semꝑ mea tuæ cõcordet opinio. Quis in tam multimoda uarietate librorũ singulorũ opiniones enumeret: ut e dicam concordet? Dabis ergo ueniam si aliquãdo uolumen alteri uel aliter inueneris prænotatum q̃ tua capit opinio. Non eñ singulorum diuersitates mihi licuit ubiq̃ exprimere. Nã ut iam dixi: uestigia patrum secutus sum: & ubi dissonabant illi: quod ueri⁹ credidi cõplexus. Tu autẽ si aliud quod solidiori ueritate constet inueneris: libenter cedam tuæ sententiæ. Placuit autẽ mihi nouo scribendi modo procedere: ut lector ipse noticiam librorum ex principijs facilius possit inuenire.

Incipiens itaq; ab apostolo℞ discipulis: usq; ad ultimū annū imperatoris Frederici tertij: domini uidelicet Millesimū quadringentesimū ac nonagesimūtertiū: illustriū uirorū deduxi catalogū: in quo nō omniū: sed eorū dūtaxat quos reperi nomina: dignitates: scripta: temporaq; signaui: apponensq; ex aduerso titulorum uoluminū principia: intusa autem spacio pertrāsiui. Quorundā tempora quibus claruerunt ad nutum reperire non potui: quos tamē ut uisum mihi fuerat cōuenienti loco collocaui. Et hunc in utroq; defectum scientis suppleat cognitio: ut uidelicet tempora singulorū computet: & transpositos ad loca sua reponat. Fateor me etiā plures præterisse consilio: quorū nec scripta inueniunt facile: nec tempora. Noui quoq; adhuc multos uiros doctissimos uiuētes: qui uaria dicunt edere opuscula: de quibus cum non sit mihi certa cognitio: malo transire silentio: q̄ incerta cogitare. Et ut Hieronymi uerbis utar: si qui de uiuentib⁹ adhuc scriptitant: a me in hoc catalogo prætermissi sūt: nō mihi sed sibi imputēt: qui scripta sua celare maluerūt q̄ in lucē uenire. Sed credo q̄ scriptis suis & ingenio contenti: mei silentij dispēdia non curabūt. Nam & eorum quos reperi: nō laudes uolui depingere: sed libros. Hoc eñ studium posceret uoluminis prolixioris. Vade nunc igitur in orbē opus nostro labore completū: uade & amatoribus librorum thesaurū expende quem contines. Quid times? Quid trepidas? Quid moraris? Noli timere ꝓdire in publicum: odia æmulorū ne metuas: tot sanctorū patrocinio suffultum. Eia liber exilis quidē ingenij: sed magnarū rerum ostensor: Quid est q̄ uelut ignau⁹ inutilisq; formidas? Egredere confidenter: te laudabunt mille: dū uix un⁹ uituperat. Amor dei quo script⁹ es: te cum auctore semp & ubiq; clemens precor excuset.

τέλος.

Cōmēdatissimi uiri Reuerēdiq; in christo patris: dñi Iohannis de Trittenhem abbatis Spanhemensis: Liber de Ecclesiasticis scriptoribus Fœliciter incipit.

c Lemens sanctæ Romanæ ecclesiæ quartus a beato petro: ut qbusdā placet: ordinat⁹ episcop⁹: natione Romanus: uir sanctus & deo dilectus: morū quoq; decore ornatus: cuius uita & passio in scripturis ecclesiasticis habētur. Sedit in pontificatu nouē annis & decē diebus: In exiliū ꝓ fide christi relegat⁹ ain constanti. Obijt anno Traiani cæsaris tertio: dñi autē: centesimo tertio. Hic beatissimus martyr nonnullas fide & eruditione plenas fertur in persona Romanæ ecclesiæ scripsisse epistolas: De quibus extat præcipua:

Ad ecclesiam Corinthiorū:	Epl'a	una	
Ad Iacobū quoq; aplm:	epl'æ	duæ	Clemens. Iacobo dño.
Præterea itinerarij uitæ suæ:	libri	decem	Cum in urbe Roma.
Item disputationis Petri:	liber	unus	

Hæc antē duo ultima uolumina inter Apocrypha cōputant: ut patet. xv. di. Sancta Romana. Ferunt eius & aliæ epl'æ: sed apocryphæ.

d Ionysius areopagita Atheniensis: philosoph⁹ insignis: per beatum Paulū apostolū conuersus ad fidem: primus ut quibusdā placet Atheniēsis episcopus ordinat⁹ est: uir eximiæ sanctitatis & incōparabilis doctrinæ. Hūc post decessum apostolo℞: beatus Clemēs Romanæ urbis episcop⁹ cum Rustico presbytero: & Eleuthorio diacono ad prædicandū gentibus uerbum dei: misit in Franciam: alio in ei⁹ locū ordinato episcopo. Scripsit autē græco sermone multa præclara opuscula: De quibus apud latinos tantū inueni subiecta:

De cælesti hierarchia:	librū	unū	Oīe datū optimū &c.
De ecclesiastica hierarchia:	li.	i	Sacerdotij quidē nostri.
De diuinis nominibus:	li.	i	Nūciam uir dei post.

De mystica theologia:	li.	j	Trinitas supsubstantialis.
De symbolica theologia:	li.	j	Sanctus quidẽ Timo.
Ad Gaium.	ep̃las	iiij	Tenebræ occultant luie.
Ad Dorothæũ ministrũ:	epi.	j	Diuina caligo est inaccessi.
Ad Zosipatrem sacerdotẽ:	epi.	j	Non opineris hic uicto.
Ad Polycarpum:	epi.	j	Ego quidẽ nõ sciui aduer.
Ad Demophilum:	epi.	j	Hebræoꝝ historiæ dic.
Ad sanctũ Iohannẽ euangelistã:	epi.	j	Saluto te sanctã aiam.
Ad Apollophaniũ philosophũ:	epi.	j	Apollophanio cõcretio.
De obitu Pauli ad Timo.	epi.	j	Saluto te diuũ discipulũ.

Hæc sunt quæ de scriptnris beati Dionysij apud latinos inuenio: si quid amplius edidit apud græcos remansit. Verum cum prædicta opuscula magna obscuritate tegerentur: sequentiũ patrum explanatione facta sũt lucida: E quibus prior illa trãstulit & exposuit Iohãnes scotus nostri ordinis monachus: deinde Hugo sancti Victoris: Rupertus Linconiensis: Albertus magnus: & Dionysius carthusiensis: & alij multi: quorum iam nõ est in promptu reminiscentia. Passus autẽ est beatus Dionysius in agro parisiaco unacũ socijs supradictis: sub Domiciano imperatore: Anno domini. XCVI. Indictione. ix. Aetatis uero suæ: nonagesimo. Sepultus est Parisius in ecclesia nomini suo consecrata: clarens miraculis.

Vcius anneus Seneca cordubensis philosophus: Fotini stoici discipulus:
l & patruus Lucani poetæ: uir uitæ cõtinentissimæ fuit: Quem testimonio beati Hieronymi celebratũ in catalogo ecclesiasticorum scriptoꝝ icirco posui: quoniam & Pauli apostoli amicissimus extitit: & ad institutionẽ moralis uitæ multa eleganter composuit. Hunc biennio anteq̃ Petrus & Paulus coronarẽtur: Nero cæsar infaustus necauit: cuius aliquando discipulus indignissimus fuit. De cuius opusculis subiecta reperi:

De morum institutione:	librũ	unũ	Oĩe peccatũ actio est.
De quattuor uirtutibus	li.	j	Quattuor uirtutũ species.
De remedijs fortunæ:	li.	j	Licet cunctoꝝ poetaꝝ.
Declamationũ:	li.	x	Exigitis rem magis iocun.
De clementia ad Neronẽ:	li.	ij	Scribere de clementia.
De beneficijs ad Brutũ	li.	vij	Inter multos ac uarios.
De ira ad Nouatum:	li.	iij	Exegisti a me Nouate.
De prouidentia:	li.	j	Quæsisti a me lucili quid.
De uita beata ad Gallionẽ:	li.	j	Viuere Gallio frater oẽs.
De consolatione ad Marciã:	li.	j	Nisi te Marcia scirem.
De consolanone ad matrẽ:	li.	j	Sæpe iã mater optima ipe.
De tranquillitate uitæ:	li.	j	Inquirẽti mihi ĩ me quædã.
Q̃ in sapientẽ nõ cadit iniuria:	li.	j	Tantũ inter stoicos fere.
De breuitate uitæ:	li.	j	Maior pars mortaliũ.
De studijs liberalibus:	li.	j	De liberalibus studijs qd.
De quæstionibus naturalibus:	li.	vij	Quãtũ int̃ phiam interest.
Suasoriarũ sententiaꝝ:	li.	j	Sin ut cuiuscũq; rei mag.
Controuersiarum:	li.	v	Duo fratres inter se disse.
De paupertate:	li.	j	Honesta inquit epicurus.
Ad polybiũ consolationis:	li.	j	Nr̃a compares firma sunt.
De ludis Senecæ:	li.	j	Quid actũ sit in cælo.
De uerborũ copia:	li.	j	
De matrimonio:	li.	j	
Tragœdiarum:	li.	x	
De morte Claudij:	li.	j	

Epistolaꝝ ad Paulū:	li.	j	Credo tibi Paule nunciā.
Epistolaꝝ ad Luciliū:	li.	xxij	Ita fac ergo mi Lucili.

Ista sunt quæ de scriptis Senecæ ad præsens potui inuenire. Dicit autē & alia nō nulla scripsisse opuscula: quæ ad manus nostras adhuc minime uenerunt. Erat sane amator sapientiæ ardentissimꝰ: & inquisitor illius studiosus: ac tam tenacis memoriæ: ut coram se lecta nominū duo milia memoriter mox recitauerit. Insup cū quidam poeta ducentos uersus edidisset: & in charta congestos corā Nerone ex ordine recitaret: mox Seneca memoria nisus ꝓ uolumine: eosdē uersus ab ultimo incipiens ordine retrogrado usq̧ ad primū singulos repetiuit. Omniū quoq̧ ciuium suorum nomina memoria tenuisse legitur. Claruit Romæ temporibꝰ apostoli Pauli sub Nerone imperatore. Anno dñi. L.

m Arcellus Marci urbis Romæ præfecti filius: Symonis magi quondā discipulus: litteris sæcularibus sufficienter instructus: prædicatione beati Petri apostoli ad fidem Iesu christi conuersus: multa ad utilitatē ecclesiæ dei cōposuit. Scripsit em̄ rogantibus christianis:

De conflictu Petri & Symonis:	librū	unū
Ad sanctos Nereū & Achilleū	li.	j
De actibus Petri & Pauli:	li.	j
De artibus Symonis:	li.	j
De obitu sanctæ Petronellæ:	li.	j
De passione sanctæ Fœliculæ:	li.	j
De passione sancti Nicomedis:	li.	j

Alia quoq̧ de sanctoꝝ gestis edidit: quæ ad noticiā nostrā non uenerūt. Claruit Romæ temporibꝰ sancti Petri apli. Anno dñi. L.

l Inus primꝰ post beatū Petrū Romanæ urbis epūs: natiōe tuscus uir sanctissimæ cōuersatiōis: multis & in uita & post mortē miraculis coruscans: Sedit in pontificatu annis. xj. mensibus tribus & diebus duodecim. Qui cum uir esset doctissimus & deo dilectus: scripsit græco sermone sanctorum apostoloꝝ Petri & Pauli uno die passorum:

Martyrium:	li.	j

Et quasdam epistolas.

Tandem a Saturnino præfecto cuius filiam a dæmone liberauerat: capitali sententia punitus martyr efficitur: Vndecimo Calend. octobris.

Claruit Romæ sub Galba imperatore. Anno dñi. LXX.

p Hylo iudæus natione alexandrinus: de genere sacerdotum: a beato Hieronymo inter scriptores ecclesiasticos idcirco ponitur: quoniā in suis opusculis plærūq̧ in christianorum laude uersatur. Hic cū suæ gentis legatus Romam missus esset: amicitiā beati Petri apostoli habuisse memoratur: & ob hāc causam etiam sancti Marci discipuli eius sectatores apud alexandriam laudibꝰ ornauit suis. Erat autem uir undecūq̧ doctissimus: & uelut alter Plato habitus: ita ut uulgo diceretur: Aut Plato Phylonem: aut Phylo imitatur Platonem: Tanta em̄ fertur similitudo sensuū & eloquij amborum. Scripsit autē libros & multos & elegantissimos: De quibus subiecti ferunt.

De uita sapientis:	liber	unus
De conuersatione uitæ:	li.	j
De confusione linguarū:	li.	j
De natura quadrupedū:	li.	iij
De his quæ sensu testamur:	li.	j
De eruditione:	li.	j
De hærede diuinaꝝ rerum:	li.	j
De diuisione inæqualiū	li.	j

De tribus uirtutibus:	li.	j	
De natura & inuentione:	li.	j	
De pactis:	li.	j	
De generationis successu:	li.	j	Adam genuit tres filios.
De mutatione nominũ:	li.	j	
De gigantibus:	li.	j	
In quinq; libros Moysi:	li.	v	
De somnijs:	li.	j	
De tabernaculo:	li.	iiij	
De uita contemplatiua:	li.	j	
De agricultura:	li.	ij	
De ebrietate:	li.	ij	
De uictimis & repromissionib⁹	li.	j	
De prudentia:	li.	j	
De ideis:	li.	j	
De Alexandro:	li.	j	
De ratione animalium:	li.	j	
Q omnis insipiens seruus sit:	li.	j	

Alia quoq; multa scripsisse legit: quæ ad noticiam meã nõ uenerũt.
Claruit sub Nerone principe. Anno dñi. L.

Iosephus iudæus natione hierosolymitan⁹: religiõe sacerdos: Mathatiæ sacerdotis filius: philosoph⁹: rhetor: temporũq; scriptor insignis: quẽ in catalogo nostro non ponerẽ: nisi & eius scripta legeret ecclesia: & beatus Hieronym⁹ id prior fecisset: post excidiũ Hierosolymæ captus a Vespasiano & Tito principibus Romã ducit: & ꝓpter ingenij excellentiã: a Senatu & populo romano magnifice honorat. Qui & si iudæus permanserit: genus tamẽ christianorum sæpe laudauit: & de dño nostro Iesu christo in decimooctauo antiquitatũ libro: insigne testimoniũ descripsit. Huius uolumina tantæ auctoritatis apud Romanos adhuc illo uiuente habita sunt: ut bibliothecæ publicæ sint tradita: ipse uero post mortem statua ærea a senatu & populo donatus sit. De cuius opusculis ego tantum uidi subiecta.

De bello iudaico:	libros	vij	Quoniam bellũ qđ.
Antiquitatũ mundi:	li.	xxiiij	Historiam conscribere.
Contra Apionẽ:	li.	ij	Sufficienter ut arbitror.
De potentia dicendi:	li.	j	

Claruit Romæ sub Vespasiano & Tito principibus. Et usq; ad tempora Traiani imperatoris durauit in humanis: Anno dñi. C.

Ignatius ecclesiæ Antiochenæ tertius post beatũ Petrũ episcop⁹: uir eximiæ sanctitatis ac dñi nostri Iesu christi singularis & feruentissim⁹ amator. Dicere consueuit Dionysio teste: Amor me⁹ crucifix⁹ est. Qui beatissim⁹ præsul cum esset diuini uerbi prædicator doctus & zelosus: scripsit nonnullas elegantes & plenas feruoris epistolas: in quib⁹ amatorẽ sancti martyrij fuisse demõstrauit: E quibus istæ ferunt potiores:

Ad ecclesiam Ephesioꝝ:	epl̃a	una	
Ad Magnesianos:	epi.	j	
Ad Troienses:	epi.	j	
Ad Romanos:	epi.	j	
Ad sanctum Iohannem:	epi.	ij	Iohanni sancto seniori: su⁹.
Ad beatã uirginem:	epi.	j	Christiferæ mariæ: su⁹.
Ad Philadelphios:	epi.	j	
Ad Polycarpũ:	epi.	j	

Passus est Romæ sub Traiano imperatore. Anno dñi. C.XI.

Apias auditor sancti Iohannis atq; discipul⁹: Hieropolytan⁹in Asia episcopus: fidei christianæ constantissimus propagator & defensor: sanctorūq; apostolorū discipulus & studiosus imitator: scripsit nō spernendæ auctoritatis opuscula: E quibus extat opus insigne: quinq; uoluminibus distinctum: qd' prænotauit sic:

Explanatione sermonū dñi: li. v

Alia quæ scripsit non uidimus.

Hic nouitatem mille annorum primus inuenit: post quos christum denuo in carne regnaturum cum electis sup terram somniauit: quem errorem alij postmodū dilatantes: chiliastæ a mille appellati sunt.

Claruit temporibus Traiani cæsaris. Anno dñi. C. & circa.

Gesyppus natione iudæus ad fidē christi conuersus: doctrina & sanctitate in ecclesia dei admirabilis effulsit: cuius festum cum cæteris sanctis in martyrologio locum obtinuit. Scripsit nonnulla excellentis ingenij opuscula: De quib⁹ ego tantū reperi: a tempore dominicæ passionis usq; ad suam ætatem: opus insigne:

Historiam ecclesiasticorū actuū: li. v Bello partico qd' inter.

Aliud operum eius nullum uidi.

Claruit uicinus aplicorū temporum sub Antonio pio. Anno dñi. C.LX.

Vstinus ex philosopho conuersus ad catholicam fidem: christi amator & cultor insignis: cum in urbe Roma Crescentem cinicū christianos blasphemantem: gulosum & mortis timidum: ac luxuriæ & libidinum sectatorem redargueret: eius insidijs q christianus esset coram Senatu accusatus: pro christo martyrio coronatus est. Scripsit pro fidei nostræ defensiōe multa præclara opuscula: De quibus ista feruntur:

Contra gentes ad Anto.	li.	j
Ad Aureliū contra gentes:	li.	j
Itē aduersum gentes:	li.	j
Castigationū contra gentes:	li.	j
De monarchia dei:	li.	j
De anima:	li.	j
Psalten prænotatus:	li.	j
Contra Triphonē iudæū:	li.	j
Contra Marcionē:	li.	j
Contra oēs hæreses:	li.	j

Alia insuper multa composuit quæ ad noticiam nostrā non ueuerunt.

Claruit sub Antonio pio. Anno dñi. C.L.

Vadratus athenensis post Publium martyrem episcopus: sanctorū apostolorum auditor quondam atq; discipulus: uir constans & incomparabilis doctrinæ: pro utilitate christianæ fidei multum laborans: multum profecit: & ecclesiam metu persecutionis dispersam: ad unitatem fidei congregauit. Cum esset doctor insignis: scripsit inter alia pro christianis ad Adrianum principē plenum instructione:

Apologeticū: li. j

Et alia nobis incognita.

Tandem p̄ fidei catholicæ defensione passus est. vij. Calend. Iunij.

Claruit sub Adriano principe. Anno dñi. C.XX.

Ristides philosophus Athenienfis: uir in sæcularibus litteris doctissimus: & in diuinis scripturis admodū studiosus: tāta eloquētia insignis emicuit: ut miraculū sui gentibus præberet: qui sub habitu philosophi christianā &

fidē & cōuerſationem baiulās: nō ſine ſanctitatis opinione clarus effulſit. Scripſit Apologeticum ꝓ chriſtianis:

Ad Adrianū principem:	li.	j

Et quædam alia. Claruit ſub Adriano imperatore. Anno dñi. C.XX.

m Elito aſianus: epiſcopus Sardenſis: uir in diuinis ſcripturis eruditus: & nomine ſanctitate q̄ doctrina uenerabilis: inter catholicos prædicatores clar⁹ effulſit. Scripſit ad utilitatem eccleſiæ fidelium multa egregia uolumina: De quibus iſta ferunť:

De paſcha:	li.	ij
De uita ꝓphetarum:	li.	j
De lapſis:	li.	j
De corpore & anima:	li.	j
De baptiſmate:	li.	j
De ueritate:	li.	j
De generatione chriſti:	li.	j
De prophetia:	li.	j
Eglogarum:	li.	vj
De tranſitu ſanctæ Mariæ:	li.	j
De eccleſia:	li.	j
De dominica:	li.	j
De ſenſibus:	li.	j
De fide:	li.	j
Philoxenia:	li.	j
Qui clauis inſcribitur:	li.	j
De diabolo:	li.	j
De Apocalypſi Iohannis:	li.	j

Melito ſert⁹ chriſti epūs.

Alia etiam opuſcula edidit: quæ ad noſtram memoriā uetuſtas uenire nō permiſit. Huius elegans & declamatorium ingeniū Tertullianus in quodam loco conmemorans: ut prophetā a noſtris habitū fuiſſe aſſerit. Notandū ſane ꝙ liber de ſanctæ Mariæ trāſitu illi aſſcript⁹: inť apocrypha reputať. xv. di. Sancta Romana. Claruit aūt ſub Marcoantonio uero principe. Anno dñi. C.LX.

t Heophilus eccleſiæ antiochenæ ſextus epiſcop⁹: uir in diuinis ſcripturis ualde ſtudioſus & erudit⁹: ingenio & eloquio clarus: ac declamator egregius: Scripſit ad utilitatem fideliū multa uolumina: & ſermonū domini explanator egregius effulſit: De cuius opuſculis ſubiecta ferunť:

Contra Marcionem:	li.	j
Contra Hermogenem:	li.	j
Ad Auctolicum:	li.	iij
Cōmentarioꝝ in euangelia:	li.	iiij
In prouerbia Salomonis:	li.	j

Alios etiam tractat⁹ breues & plures ad ædificationē eccleſiæ catholicæ pertinētes compoſuit: qui apud latinos raro ſimul inueniuť. Ordinatus aūt fuit in epiſcopum. Anno dñi. C.LXXIII. Indictione. xj.

a Pollinaris hieropolytanus in aſia epiſcopus: uir doctus & fidei chriſtianæ defenſor inſignis: ingenio clarus & diſertus eloquio: ſcripſit non contemnendæ lectionis opuſcula: quibus ſe uirū non tam eruditum q̄ zeloſū oſtēdit: E quibus iſta feruntur:

Apologeticus ꝓ chriſtianis:	li.	j
Aduerſus gentes:	li.	v
De ueritate:	li.	iij
Aduerſus cataphrygas:	li.	ij

Sed & alia nōnulla edidit: quorū nobis uetustas noticiam abduxit.
Claruit sub Marco antonio uero. Anno dñi. C. LXV.
Ionysius ecclesiæ corinthiorū episcopus: uir eloquentissimus & in diuinis
d scripturis ualde eruditus: ouilis christi uigilantissimus pastor: tantæ sollici
tudinis & industriæ fuit: ut non solum suæ ciuitatis populum salutarib⁹ do
cumētis instrueret: sed etiam exterarum plæbes urbium: p epistolas ad cōstanti
am fidei ꝓuocaret. Quæ quidem epistolæ tam utiles & prolixæ feruntur: ut non
ab re libri queant appellari: De quibus subiectæ recensentur:

Ad Lacedæmonios: epi. j
Ad Athenienses: epi. j
Ad Nicomedienses: epi. j
Ad Cretenses: epi. j
Ad Ignosianos: epi. j
Ad papam & Romanos: epi. j
Ad Amasdrinenses: epi. j
Ad Chrysophoram fœminā: epi. j

Claruit sub Marco antonio uero: & Lucio aurelio principibus. Anno domini. C.
LXX. Non sine opinione sanctitatis: & uaria conscripsit.
Atianus hæresiarches: Iustini martyris auditor atq; sectator: q̄ diu ab eius
t latere non discessit. Postea uero coronato sancto Iustino: inflatus eloquē
tiæ tumore: nouam hæresim condidit quæ encraticay dicitur: quā postea
Seuer⁹ auxit: a quo eiusdē partes hæretici seueriani appellati sūt. Carnes abomi
nant: uinū nō bibūt: uetus testamentū nō suscipiunt: nec resurrectionē credunt.
Scripsit aūt Tatianus pene infinita uolumina: quæ tñ ad noticiā meā nō uenerūt.
Nam propter docentis errorem: etiam uolumina despecta perierunt. Extat eius:
teste Hieronymo: insigne uolumen quod prænotauit:

Contra gentes: li. j

Claruit sub Marco antonio uero. Anno domini. C. LXX.
Hilippus episcopus Cretensis: hoc est urbis corintinæ: cuius dionysius co
p rinthiorū epūs supra positus: meminit in epl'a sua quā scripserat ad eiusdē
ciuitatis ecclesiā: uir nobilis & doctus: edidit ad utilitatē credentiū satis ut
ferunt instructa uolumina: quæ ad manus nostras minime uenerūt. Extat eius

Contra Marcionem: li. j

Scripsit etiam quasdam ad diuersos epistolas: uariosq; tractat⁹: qui ad nostras ma
nus adhuc minime uenerunt. Claruit anno dñi. C. LXX. temporibus Marci
antonij ueri imperatoris.
Odestus uir quidam florentis ingenij: licet cuius dignitatis uel gradus fu
m erit a nobis ignoret': scripsit teste beato Hieronymo: nō cōtemnēdæ lecti
onis opuscula: in quib⁹ abundans ingenij eius uena conspicit': E quib⁹ ex

Aduersus Marcionē: li. j (tat uolumē insigne:

Cætera nobis incognita sunt.
Claruit sub Marco antonio uero: & Lucio aurelio Comodo principibus. Anno
domini nostri Iesu christi. C. LXXV.
Ireneus Lugdunēsis in Gallia post beati Fotini martyris triūphum episco
b pus: Polycarpi martyris quondā auditor: uir in diuinis scripturis studio
sus & ualde eruditus: sub papa Eleutherio legatus Romā missus: nō min⁹
sanctitate q̄ doctrina clarissim⁹ cōprobat⁹ est. Scripsit mlta egregia uolumina: De

Aduersum gentes: li. j (qbus ista ferunt:
De disciplina: li. j
Ad Blastū de scismate: li. j
Contra hæreses: li. v Quatenus ueritatē refu.

De monarchia dei: li. j
De Ogdoade li. j
De pascha ad Victorē papam: li. j
De prædicatione apostolica li. j
Variorum tractatuū. li. j

Scripsit & alia multa quæ ad noticiā meā adhuc minime uenerūt. Tandē sæuiēte psecutione in christianos: cū oīū ferme ciuitatis suæ populo ꝑ fide catholica martyrio coronatus est: quarto Calend. Iulij.
Claruit sub Marco Antonino. Anno dñi. C.LXXV.

Heodocion patria ephesin⁹: Tatiani philosophi cū adhuc fidelis eēt quō-
t dam discipulus: uir certe undecūq; doctissim⁹: & diuinaꝝ scripturaꝝ tertius interpres: Præter trāslationē scripturarū quā ex hebræo latinā fecit etiā alia quædā conscripsit opuscula: quæ tñ ad manus nr̄as adhuc minime peruenerunt. Claruit temporibus Comodi imperatoris. Anno dñi. C.LXXX.

Hodon genere asian⁹: Tatiani quōdā auditor & discipul⁹: uir tam in diui-
r nis scripturis q̄ etiā in sæcularib⁹ lr̄is eruditissim⁹: mlta græco ſmone scripsisse dicit: quoꝝ exemplaria apud nr̄os raro inueniūt: E quib⁹ tñ potiora feruntur quæ subiecim⁹:

Contra Marcionem: libri iij
Aduersum Cataphrygas: li. j
Ad Calistionem: li. j
In hexaemeron: li. vj

Claruit sub Comodo & Seuero principibus. Anno dñi. CC.

Lemens ecclesiæ alexandrinæ pſbyter: Pantheni stoici quondā philoso-
c phi christiani auditor atq; discipulus: q scholā eccliasticā post eum alexandriæ multis annis tenuit: uir deuotus: doctus: & eloquentissimus fuit. Scripsit multa præclara uolumina: de quibus ista feruntur:

Stromatū: id est uarietatū: libri viij
Aduersum gentes: li. j
Pædagogi: li. iij
De pascha: li. j
De ieiunio: li. j
De disputatione: li. j
De saluatione diuitis: li. j
De obtrectatione: li. j
Aduersum iudaiçantes: li. j
De canonibus ecclesiasticis: li. j

Epistolas etiam multas uariosq; tractatus edidit: quorū titulos ignoramus.
Claruit Comodi & Seueri principū temporibus. Anno dñi. CC.

Elciades cuius Rhodon in opere suo qđ aduersus cataphrygas: Mōtanū
m Priscam: & Maximillā insanos uates composuit: recordatus est: uir in sæcularibus litteris eruditissimus: & in diuinis scripturis iugi studio exercitatus: scripsit ad ædificationē fideliū non pauca opuscula: De quib⁹ subiecta ferūt:

Aduersus Montanū li. j
Aduersum gentes: li. j
Contra iudæos: li. j
Apologeticus ꝑ nr̄a fide: li. j

Alia quoq; multa scripsisse dicit: quæ ad noticiam meam nō uenerunt.
Claruit Marci antonini Comodi temporibus. Anno dñi. C.LXX.

Pollonius quidam uir doctus atq; disertissimus: nō minus uita q̄ eloquen-
a tia insignis: hæreticæ prauitatis debellator fortissim⁹: multa ꝑ nostra fide composuit: & Mōtani insaniam uerbis & scriptis sæpe cōfutauit: sicut pa-

tet legentibꝰ insigne illud uolumen: qđ maximis eloquentiæ leporibus cõposuisse (dicit:

Aduersus Montanũ	li.	j

Sed & alia cõplura edidit: quæ ad noticiã meam non uenerunt.
Claruit sub Comodo & Seuero principibus. Anno dñi. C.LXXX.

f Erapion ex anachoreta: ecclĩæ Antiochenæ octauꝰ epũs: uir aeris ingenij in diuinis scripturis ualde studiosus & eruditus: non minus uita q̃ scientia uenerabilis: fertur ad utilitatẽ credentium plura cudisse opuscula: in quibus se uirum & doctum & fidei christianæ defensorem acerrimum ostendit: De quorum numero habentur:

Ad Dõmonẽ iudaiçantem	li.	j
Ad Carinũ de Montano:	li.	j
De euangelio sub nomine Petri.	li.	j
Epistolæ breues sed plures:	li.	j

Ordinatꝰ fuit in episcopũ præfatæ urbis sub Comodo principe Romanorũ. Anno dñi Centesimo nonagesimotertio. Indictione prima.

a Pollonıꝰ Romanæ urbis senator: uir tam ĩ diuinis scripturis q̃ in sæcularibꝰ litteris eruditissimꝰ: & nõ minꝰ sanctitate q̃ scientia uenerabilis: cum corã Senatu proditus fuisset ꝙ christianus esset: & christũ nollet abnegare: capitis sententiam accepit: ueteri apud illos lege obtinente: absq; negatione non dimitti christianos: qui semel ad eorum iudicium fuissent pertracti.

Scripsit autẽ inter alia:

Apologeticũ ꝓ fide nostra:	li.	j

Quẽ cum coram Senatu ex ordine recitasset capite truncatus fuit.
Claruit Romæ sub Comodo & Seuero principibus. Anno dñi. C.XC.

t Ertullianus presbyter: patria carthaginẽsis africanæ prouinciæ: patre Cẽturione uiro proconsulari: homo acris & uehemẽtis ingenij: tam in diuinis q̃ in sæcularibus scripturis doctissimus: quippe qui apud carthaginem rhetoricã multis annis gloriose docuit: scripsit latino sermone pene infinita opuscula in quibus hæreticorũ errores fortiter contriuit. Huiꝰ scripta beatissimꝰ martyr Cyprianus in tanta ueneratione habuit: ut nullum sine eorũ lectione diẽ præteriret. Dicere eñ ad notariũ suũ cõsueuerat: Da magistrũ: Tertullianũ uidelicet designans. Tandem in errorẽ Montani dilapsus dicitur: ꝓpter qđ eius opuscula inter apocrypha cõputant̃. xv. di. Sancta romana. Et licet in aliquibꝰ errauerit: in multis tñ bene scripsit: sicut eius uolumina testantur: De quibus uidi:

De patientia dei:	librũ	unũ	Cõfiteor ad dñm deũ satis
Aduersus Praxeam:	li.	j	Vane diabolꝰ æmulatꝰ est.
Contra Marcionem:	li.	v	Si quid retro gestũ est.
Cõtra iudæos:	li.	j	Proxie accidit disputatio.
Contra omnes hæreses:	li.	j	Duorũ hæreticorũ ut pla.
De proscriptionibꝰ hæreticoꝝ:	li.	j	Conditionẽ præsẽtiũ tpm.
Aduersus Hermogenem:	li.	j	Solemꝰ hæreticis compẽ.
Contra Valentinianos:	li.	j	Valentiniani frequẽtissime
De carne christi.	li.	j	Qui fidẽ resurrectionis.
De resurrectione carnis:	li.	j	Fiducia christianorũ resur.
De corona militis:	li.	j	Proxie factũ ẽ liberalitate.
Ad martyres:	li.	j	Inter carnis alimenta.
De pœnitentia:	li.	j	Pœnitentiã hoc genus.
De uelandis uirginibus:	li.	j	Propriũ iam negociũ pas.
De habitu muliebri:	li.	j	Si tanta in terra moraret̃.
De cultu fœminarum:	li.	j	Ancillæ dei uiuę: cõseruæ &
Ad uxorem:	li.	ij	Dilectissima in dño cõfua.

De ꝑsecutione ad Fabium:	li.	j	Quæsisti ꝓxime Fabi frat.
Ad Scapulam:	li.	j	Nos qu..dē neqꝫ expauesci.
Exhortatoriū castitatis:	li.	j	Nō dubito frat te post ux.
De Monogamia:	li.	j	Hæretici nuptias auferūt.
De pallio:	li.	j	Principes sēp Africe uiri.
De spectaculis:	li.	j	
De extasi:	li.	vj	
De pudicitia:	li.	j	
De ieiuniis:	li.	j	
Aduersus Apolloniū:	li.	j	

Scripsit quoqꝫ & alia plura uariosqꝫ tractatus: qui ad man⁹ nostras adhuc minime uenerunt: uixitqꝫ usqꝫ ad senectam & senium studiosus.

Claruit Seueri imperatoris temporibus. Anno dñi. Ducentesimo.

o Rigenes qui & Adamantius presbyter: natione alexandrinus: Leonidis martyris filius: Clemētis alexandrini quōdā discipul⁹: uir magni & excellentis ingenij fuit: ita ut studio & eruditione similem nūq̄ habuerit. Anno Seueri pertinacis decimo: aduersum christianos persecutione mota: ac Leonide patre ꝓ fide christi martyrio coronato: cum matre uidua & sex fratribus pauper derelictus est: annos natus circiter decem & septem. Substantiam aūt omnē propter christi confessionem fiscus occupauerat: ita ut unde uiuerent amplius nil haberent. Et licet annoꝝ numerus minor supputaret̃ in iuuene: erat tamē iam mirabilis in eo doctrinæ & fidei christianæ admiranda constātia. Proposuerat eñi cū patre suo Leonide ꝓ fide christi fortiter occūbere: si nō matris fraude ad ecclīæ utilitatē magnus doctor futurus: eum contigisset præseruari. Nam cum ad locū agonis patri mane pridie deliberasset occurrere: sublatis a matre noctu uestimētis & obseratis tabernaculi ualuis domi cogitur remanere. Cum uero in uirū creuisset: agere uitam apostolicam instituit: & annūcians in circuitu suo uerbum dei nudis pedibus multis annis incessit. Super lectum deniqꝫ plumis stratum nunquā dormiuit: a uino & carnibus: præter infirmitatē omīo se abstinuit: ieiunijs: uigilijs: orationibus & continuis diuinarum scripturarū studijs & expositionib⁹ deo deuote seruiens intent⁹ fuit. Christi quoqꝫ consilio unam tantum tunicā induere cōsueuit: & omniū mūdanoꝝ cōtemptor effectus: nihil de crastino cogitauit. Amore castitatis ut mulieribus secure auderet prædicare: se castrari fecit: licet in hoc facto çelus sine scientia manserit. Ob eius doctrinam: eloquētiam & apostolicam uitam Māmea Alexandri imperatoris christianissima mater: cū audiendi desiderio capta: ex Alexandria Antiochiā accessit: & eius mellifluam doctrinam cum ingenti admiratiōe audiuit. Erat autē in studio diuinaꝝ scripturaꝝ adeo intētus: ut nec cibum unq̄ nec somnū caperet: nisi unus e fratribus lectionē scripturarū cūctis audientib⁹ præmisisset. Nouū & uetus testamentū uelut alter Esdras memoriter nouerat: & iam senex contra suā ætatē linguā hebraicā didicit: & oīm interpretū editiones præter septuaginta in unā mirabili studio cōportauit. In editionib⁹ scripturaꝝ dictandis tam admirandæ memoriæ & subtilitatis fuit: ut septē notarios totidēqꝫ in scribendo uelocissimas puellas: præter alios iuuenes omes insimul ex ei⁹ore diuersa scribētes: incredibili ꝓnūciādi agilitate fatigaret. Et cū tant⁹ haberetur & esset inter oēs ecclesiasticos doctor insignis: magnis tñ notat̃ errorib⁹: quib⁹ uel ipse desipuit: uel alijs inserentib⁹ falsa scriptis deprauat⁹ fuit. Semꝑ eñi de Origene uaria fuit doctoꝝ opinio: q̄busdā hæreticū asserētib⁹: alijs sibi fraudē affirmātib⁹ impositā. Mirandū nō est: si prim⁹ sine exemplo errauerit: q tot uolumia sine magistro præcedente explicuit. Nostrū tñ est: ne dū de Origene sed de q̄buscūqꝫ scriptorib⁹ cū sancta ecclīa Romana sentire: & supuacuas opiniōes contemnere. Edidit aūt pene infinita uolumina: De quib⁹ ego latinis infusa uidi tantū subiecta.

In Genesim:	homel.	xvj.	In principio fecit de⁹ cælū.
In Exodum:	ho.	xiij	Videt mihi unusquisq;.
In Leuiticum:	ho.	xvj	Sicut nouissimis diebus.
In Numeri:	ho.	xxviij	In numeris nō oēs digni.
In Iosue:	ho.	xxvj	Donauit dñs nomen.
In Iudicum:	ho.	ix	
In principium idide:	ho.	ij	
In Esaiam ꝓphetam:	ho.	ix	Q̃diu Ozias rex uixit.
In Hieremiā prophetā:	ho.	xiiij	De⁹ad bñfaciendū ꝓmpt⁹.
In Ezechielem:	ho.	xiiij	
In euangeliū Matthæi:	ho.	xxvj	
In euangelium Lucæ:	ho.	xxxix	Sicut olim i pp̄lo iudæoꝝ.
De Helchana:	li.	j	Nō ab initio tm̄mō deus.
In principiū Iob:	li.	iij	
In Canticacāticorum:	li.	iiij	
Item in canticacanticorum:	li.	ij	De cāticocāticoꝝ dicitur⁹.
In psalteriū tractatus:	numero	CL.	Beatus uir ⁊c:hunc psal.
Aduersum hæreticos:	li.	v	Adamantius dixit qui.
Contra Celsum philosophū.	li.	viij	Hortans sacer Ambrosi.
Periarchon:	li.	iiij	Omes qui credūt & certi.
In epistolam ad Romanos:	li.	xv	Q̃ cæteris apl̄i Pauli.
In principiū Iohannis:	li.	j	
De martyribus:	li.	j	

Alia insup multa composuit: quæ ad manus nostras non uenerunt.
Sunt qui scribant se Origenis tractatus sex milia legisse: qui numerus & magnus est & latinis incognitus. Nec dubium quin multa illius opuscula nouiter translata sint: quæ ad noticiam nostræ lectionis minime nenerunt. Morit aūt senex & pauper: apud Tyrū sepultus: sub Valeriano & Galieno principibus. Anno dñi. CC. LXI. Indictione nona: Aetatis suæ anno septuagesimo.

Mmonius alexandrinus: uir ī diuinis scripturis erudit⁹: & in sæcularib⁹ lit-
a teris doctissimus: philosophus & rhetor omniū sui temporis celeberrim⁹: ingenio subtilis & disertus eloquio: scripsit græco sermone quædam præclara uolumina: quib⁹ memoriā sui posteris reliqt. De quoꝝ numero extāt subiecta.

De consonantia Iesu & Moysi:	liber	j	
Canonum euangelicoꝝ:	li.	j	In primo canōe quattuor.
Vnius ex quattuor:	li.	j	Qm quidem multi con.

Et quædam alia.
Hūc impijssimus Porphyri⁹ christianorum acerrimus hostis: philosophus gentilis falso accusat: q fide abnegata factus sit ethnic⁹: quem constat usq; ad mortem christianum deuotum ꝑmansisse.
Claruit sub Alexandro Māmeæ filio. Anno dñi. CC. XXX.

Mbrosius Origenis auditor: primo Marcionites: ac deinde ab ipo Orige-
a ne correctus: christianæ fidei cōfessor insignis etiam ad officiū diaconatus meruit ꝓmoueri: uir certe doctissimus & librorum studiosus amator: quo sumptus notarios ac scribas subministrante: Adamanti⁹ noster pene infinita uolumina composuit: tantus lucubrationū illius cultor: ut die ac nocte ad scribendū aliquid noui uerbis & scriptis eum prouocaret: adeo ut cōpulsor operis in quadā ep̄la familiari ab Origene nominet. Hic dicere solebat se nunq̄ Origene præsēte isse cubitum: neq; sumpsisse cibū: nisi prius unus e fratrib⁹ qui semp præsto erant: sacris litteris ꝑsonasset. Scripsit de sua cōuersione gratias agens ad Origenē.

Epistolarum:	li.	j

Et quædam alia.
Claruit cum Origene. Anno dñi. CC.ac.XXX.

t Ripbon Origenis auditor atq; discipulus: ad quem illius nõnullæ extant epistolæ: uir tam i diuinis scripturis q̃ in sæcularibus litteris eruditissimus: ingenio subtilis & disert⁹ eloquio: Scripsit græco sermone quædam præclara opuscula: quibus nomen suũ ad noticiã psteritatis transmisit: E qbus extãt (subiecta:

De uacca rufa i Deuteronomio: li. j
De qualitate sacrificioꝝ: li. j
De columba & turture: li. j

Claruit temporibus Alexandri imperatoris. Anno dñi. CC.XXX.

m Inutius fœlix causidicus: patria Roman⁹: uir in sæcularib⁹ litteris eruditissimus: & in diuinis lectionibus studiosus: ingenio excellens & disert⁹ eloquio: scripsit latino sermone quædam præclara opuscula: quib⁹ memoriã sui posteris cõmendauit. E quib⁹ extat dialogus inter christianũ & hæreticũ: qui Octauus inscribitur: li. j
De fato contra mathematicos: li. j

Claruit Romæ sub Alexandro imperatore. Anno dñi. CC.XXX.

b Erillus arabiæ Botrenus episcopus: uir in diuinis scripturis eruditus: & in sæcularibus egregie doct⁹: cum aliquanto tempore gloriose rexisset ecclesiam: in hæresim paulianoꝝ tandem lapsus est: qui christum ante mariã fuisse negabant: sed ab Origene correptus: multa scripsit: E quib⁹ extat inter eos:

Dialogus habitus: li. j
Epistolarum ad diuersos: li. j

Et quædam alia.
Claruit sub Alexandro imperatore. Anno dñi. CC.XXXV.

b Ippolyt⁹ cuiusdã urbis episcopus: cui⁹ nomẽ Hieronymus nõ expræssit: uir certe in diuinis scripturis & studiosus & erudit⁹: scripsit multa & pene incredibilia uolumina: ita ut Ambrosius de quo iam supius fecim⁹ mentionem: Origenem ad eius imitationem cobortari consueuerit: atq; ad exponendas diuinas scripturas fortiter psuaserit: præbens ei ut diximus: septem notarios: totidẽq; uelocissimas in scribendo puellas: & librarioꝝ parem numerũ cum sumptibus & expensis eorundẽ. Cerneres pulchrũ & delectabile certamen: quo alter alterũ in editione librorũ supare magnopere cupiebat.

De opusculis Hippolyti subiecta ferunt:

In hexaemeron:	libri	vj
In Genesim:	li.	j
In Exodum:	li.	j
In Numeri:	li.	j
In Canticacanticorũ:	li.	j
In Zachariã prophetã:	li.	j
In Danielem:	li.	j
In Apocalypsin:	li.	j
In Prouerbia Salomonis:	li.	j
In Ecclesiasten:	li.	j
De Saule & Phitonissa:	li.	j
De Antichristo:	li.	j
Contra Marcionem:	li.	j
Contra omnes hæreses:	li.	iij

In psalmos quoq; multos & uarios tractat⁹ edidit. Homelias etiã & sermões pene innumerabiles. Et alia plura nobis adhuc incognita.
Claruit sub Alexandro principe. Anno dñi. CC.XX.

a Lexander episcop⁹ Cappadociæ: cum desiderio sanctorũ locorꝫ hierosolymam pergeret: ibidẽ diuina reuelatione post sanctum Narcissũ epũs ordinatus: multa sanctitate & doctrina clarus effulsit: & tandẽ ꝑ fide christi sub Decio impijssimo tyranno martyriũ consũmauit. Scripsit multas ad diuersos elegantes epistolas: De quibus inprimis subiectæ ferunt:

De pace ecclesiæ ad Aarontas:	epl'a	j
Ad Antiochenses:	epi.	j
Pro Origene contra Demetriũ:	epi.	j
Ad Origenem:	epi.	plures

Passus est Cæsariæ sub Decio. Anno dñi. CC. LIII. Indictione. I.

i Vlius africanus uir undecunqꝫ doctissimus: philosophus: historiograph⁹ & theologus insignis: ac diuinarũ scripturarꝫ & librorũ ardentissim⁹ amator: suis studijs & sumptibus apud cæsareã palestinæ insignẽ bibliothecã condidit: in qua multa uolumina tam sæculariũ q̃ diuinarũ scripturarũ congregauit. Scripsit præterea magnæ utilitatis plura opuscula: De qbus ferunt subiecta:

Chronicarum:	li.	v
De sancta Trinitate:	li.	j
De circumcisione:	li.	j
De Attalo:	li.	j
De pascha:	li.	j
De sabbato:	li.	j
Ad Origenem de Susanna:	li.	j
Ad Aristidem philosophũ:	li.	j

Et alia plura composuisse dicit: quæ ad noticiam meã non uenerũt.
Claruit sub Marco aurelio. Anno dñi. CC. XX.

g Regorius Neocæsariensis Ponti epũs: Origenis auditor atqꝫ discipulus: uir doct⁹ & sanct⁹: & multa scripsit: & miraculis uiuens coruscauit. Hic adhuc iuuenis cum fratre Anthenodoro studiũ philosophiæ sæcularis quæritãs: scholæ Origenis se subdidit: a quo ad fidẽ christi paulatim q̃si insensibilit' una cum fratre conuersus fuit: & in uirum doctissimũ atqꝫ sanctissimũ euasit. De cuius scriptis extat ad Origenem:

Pangericus:	li.	j
Interpretationũ in Ecclesiastẽ:	li.	j

Et plures epistolæ.
Claruit sub Gordiano principe. Anno dñi. CC. XL.

c Ornelius Romanæ urbis post Petrũ. xxij. episcopus: patria romanus: patre Castino: post Fabiani gloriosũ martyriũ papa creatus. Sedit in cathedra Petri annis duob⁹: uir doctus atqꝫ sanctissim⁹: donec tandẽ etiam ipse martyrio coronatus transiuit carne solutus ad superos. Scripsit autẽ plures ad utilitatem ecclesiasticã epistolas: De quibus ego dumtaxat reperi subiectas.

Ad Fabium antiochenũ episcopum:

De synodis:	epi.	j
Ad eundem de nouatianis:	li.	j
De Nouatiano:	epi.	ij
De gestis synodi:	epi.	j

Ad Cyprianum Carthaginensem episcopũ plures scripsit epl'as: & alias ad alios.
Claruit sub Decio tyrãno principe. Anno dñi. Ducẽtesimo. quinq̃gesimoqnto.

c Ypriauus ecclesiæ Carthaginensis in Africa episcopus: uir doctus atqꝫ sanctissim⁹: multis annis rhetoricam gloriose docuit: & in omĩ litteratura sæculari doctor magnificus fuit. Deinde ꝑsuadente p̃sbytero Cecilio: a quo sortitus est cognomẽ: ad fidem christi cõuersus: oẽm substantiã suam pauperib⁹

erogauit: Ac nō multo post in p̄sbyterū electus: etiā episcopus ordinat⁹ est. Qui cum in diuinis scripturis studiosus esset: ad ædificationē fideliū multa utiliter edidit: Et subiecta uolumina latino sermone conscripsit: Videlicet:

De gratia dei ad Dooatum:	li.	j	Bene admnnes Donate.
Contra Demetrianum:	li.	j	Oblatrantē te: & aduersus.
De pietate & elemosyna:	li.	j	Multa & magna sunt frēs.
De laude martyrij:	li.	j	Desiderasti fortunate ca.
De çelo & liuore.	li.	j	Zelare qđ bonū uide.
De bono patientiæ:	li.	j	De patiētia locutur⁹ frēs.
De mortalitate:	li.	j	Etsi apud plurimos ur̄m.
De uirginitate:	li.	j	Disciplina custos spei.
De lapsis:	li.	j	Pax ecce dilectissimi frēs:
De sacramento calicis:	li.	j	Cyprian⁹ Cecilio fratri. S.
De unitate ecclesiæ:	li.	j	Cum moneat dn̄s & di.
De oratione dominica:	li.	j	Euangelica præcepta.
De uanitate idoloꝝ:	li.	j	Qꝫ idola dij nō sint.
De uita clericorum:	li.	j	Promiserā quidē uobis.
De duobus montibus:	li.	j	Probatin capituloꝝ quæri.
Ad Antonianū de Nouato:	li.	j	Accepim⁹ primas lr̄as tuas
De iudæis ad Quirinum:	li.	ij	Iudæos in offensam dei.
Ad Cornelium papam:	epi.	viij	Cognouim⁹ frat̄ charissime
De aleatoribus:	li.	j	
Ad Iulianum amicum suū:	li.	j	
Epistolaꝝ ad diuersos:	li.	j	

Sed & alia multa composuisse dicit̄: quæ ad manus nostras non uenerunt. Libellus de duodecim abusionib⁹ sæculi: Cypriano a plærisqꝫ ascriptus: phrasim ei⁹ nō redolet. Passus est tandem sub Valeriano: eo die quo Cornelius Romæ: sed non eodē anno: Videlicet anno dn̄i. Ducētesimo. xlix. Indictiōe. xij. viij. cal̄. nctobris.

p Ontius presbyter: beati Cypriani auditnr atqꝫ discipulus: uir doctus & sanctus: & declamator egregius: pnst magistri sui gloriosum triūpbum ueniens in Gallijs apud Cymellam urbem, p fide christi martyrij palmam adeptus est. Hic Pontius sua melliflua prædicatione & industria duos Philippos imperatores ad christū cōuertit: & primos ex Romanis principib⁹ idolis renūciare p̄suasit. Scripsit etiam eleganti stilo insigne uolumen: Quod continet:

Vitam sancti Cypriani.	li.	j

Claruit sub Philippo imperatore. Anno dn̄i. Ducentesimo: quadragesimo.

d Ionysius Alexandrinæ urbis tertius & decimus episcop⁹: Origenis quondam auditor atqꝫ discipulus: cū adbuc esset presbyter: sub Heracla scholā publicā tenuit: & magnā doctrinæ suæ gloriā acq̄siuit. Erat eñ uir in omni scientia doctissimus: philosophus: rhetor & theologus insignis: qui in Cypriani & Africanæ synodi dogma cōsentiēs de rebaptiçandis hæreticis: plurimas sup ea re ad diuersos scripsit epistolas: De quarum istæ numero ferunt̄:

De pœnitentia ad Fabium:	Epl̄a.	j	
Ad Romanos:	epl̄.	j	
Ad sanctum Sixtū papam:	epl̄.	ij	
Ad Philemooē & Diooysiū p̄sby.	epl̄	ij	
Ad Dionysium papā factum:	epl̄.	j	
Ad Nouatianū hæreticū:	epi.	j	Dionysius: nnuatiano fratri.
Ad Dionysiū & Didymū:	epi.	j	
Ad Laodicenses de pœnitētia:	epi.	j	
Ad Origenem de martyrio:	epi.	j	

Disertissimi uiri Reuerēdiq; in christo patris: dñi Iohānis de Trittenhem abbatis Spanhemensis: ad Reuerendissimum in christo patrem: dominū Iohannem de Dalberg Episcopū Vuormaciensem: Epistola.

Enerendissimo in christo patri & domino: dño Iohāni de Dalberg diuina prouidentia Vuormaciēsi Episcopo: Frater Iohānes: nocatus abbas in Spanhem: ordinis sancti Benedicti: modicum id quod est. Consueuerunt olim ueteres (reuerēdissime pater) si quid operis noui cudissent: ut robur & firmitatem acciperet perpetuam: id uiris dicare præstantibus: quaten⁹ æmulorum lingua uenenata lumine maiestatis reuerberata: dentem praui morsus nusq̄ naluisset infigere. Nec eos fallebat opinio: quæ ex humilitate processit: cum doctis semp præsulibus amica sit in subditos laudibus attollenda benignitas: quæ bonorū studia remunerat: prauorum coercet. Hoc nostri quoq; uetustatis exemplum pro posse imitantes: opera quæ scriptitant dicata ecclesiarū prælatis ac uiris doctiorib⁹ solent submittere: ut eorū auctoritate comprobata: secure ualeant in publicum prodire. In lucem eñ sine timore prodeūt: quæ testimonio pontificis fulciunť. Nemo quippe ni stolid⁹ facile accusat: qđ iudicio maioꝝ comprobari nō ignorat. Tuto quiescit innocentia ouium: quā pastoris boni miseratio contuetur. Cum igiť exempla ueterum nobis sint incitamenta uirtutū: dignum est ut eoꝝ imitemur mores sacros: quorum canimus laudes: quatenus dum nos ex illis atq; ex nobis alij proficiunt: ordo ecclesiasticæ hierarchiæ inuiolabilis pseueret. Et licet minor sim q̄ ut meis opusculis quempiā delectari cōfidam: id tamen qđ habeo in dñi gaçophylacium humiliter offerre institui: in quo Crœsi diuitijs æra duo uiduæ iure præferūť. Cū itaq; nuper ad instantiā amicorū: Librū de scriptorib⁹ ecclesiasticis multo labore comportassem (quemadmodū res ipsa testatur) ne uestigijs ueterum oberrarē: hunc ipsum laborem meū alicui uiro doctissimo & ecclesiastica dignitate præstāti submittere decreui: cuius auctoritate & beniuolentia dentes inuidorū sine morsu transiret. Cūq; hinc multa cogitatio mihi succreuisset: cui eandem lucubratiūculam considerem gratiorem: se multi obtulere nacillanti: de quorū doctrina & beniuolentia spes non modica ꝓmissa uigebat: inter quos tu mihi pater reuerēdissime: potior: eminentior: doctiorq; occurristi: qui omēs doctrina uincis: & eruditiōe superas uniuersos. In te nobilitas generis alti relucet: episcopalis auctoritas eminet: honestas morū conspiciť: bonarū artium omnimoda scientia collaudať. Nū talem poterimus uirū præter te usq̄ inuenire: in quo hæc omnia simul concurrāt: Inter alemanos nemīnē tibi pater reuerēdissime noui æqualem: in quo genus: dignitas & eruditio tanta refulgeant. Non loquor ad aurem: testis assit omipotens: nec blandus capto laudator: quoniā germania oīs te uirū undecūq; peritissimū nō ignorat. Te colunt docti: te nobiles ac principes obseruant: tu nobis qđ Plato narratur fuisse Antimacho: tuo comprobat⁹ eloquio: doctus merito iudicatur. Publica fama quæ non mentiť agnouimus: q̄ profūda scientia in sacris litteris tibi abūdet: q̄ pspicax interpretatio iuris: quāta deniq; suauitas: dulcedo: leporq; dicēdi ac perorandi: ut doctissimis uiris: quorū in catalogo mentionē fecimus: te conferendū nō dubitem⁹. Testanť hoc lucidissimæ orationes quas habuisse diceris: testantur epistolæ: testantur epigrāmata plura. Siquidē clarissima nominis tui fama: nō solum nostris Germanis: sed & Italis & Gallis cū laude inotuit. Hinc subijt animū ut tanto tibi pontifici subiectum opus de scriptoribus ecclesiasticis inscriberem: dicarēq; tuo nomini: quatenus sub umbra pontificalis culminis quiescerē securus. Sed dum intueor corusci luminis in te splendorem: reuerberor: retrahor totusq; formidine tantæ maiestatis tuæ concutior: ne forte tibi patri sublimi atq; doctissimo scientia: merito & dignitate prorsus inferior: inde displiceā: unde pla-

cere præsumebã. Scio eñi occupationes tuas plurimas: & sacrata studia nõ ignoro: quibus molestus esse meis nenijs nõ debueram. Sed animat me doctrina tua: quam benignitas & humanitas tua cunctis reddit amabilem: quippe quæ litteras nullius abhorret: neminẽq; indignum suo censet alloquio. Ad tuam celsitudinem igitur quãq̃ infirm⁹ sim accedo: tibi præsens opusculũ humiliter submitto: te iudicem illius ac defensorẽ constituo. Suscipe quæso pater reuerẽdissime atq; doctissime hanc nostram qualemcũq; lucubrationẽ: examina: iudica & defende: eãq; si dignam iudicaueris benigno fauore ꝓsequere. Et qui ueterum scripta continua lectione reuoluis: eorum quoq; si quando uacat catalogũ digneris inspicere. Ego aũt adhuc nulli præsens cõmunicaui opusculum: donec agnoscam id tuæ auctoritatis testimonio comprobatũ. Expectant illud amici: impræssores præstolant̃: sed paternitatis tuæ sententiam oĩbus censeo præferendã. Indulgeat mihi oro clementissima paternitas tua: q̃ auribus occupatis in arduis: ineptias meas præsumpserim referare: quia tãta mihi de tua humanitate: mãsuetudine & benignitate fiducia est: ut de beniuola susceptione nostri catalogi: minime liceat dubitare. Et pro maximis computabo delitijs: si te meis lucubratiunculis agnouero delectari. Vale Reuerẽdissime pater: & me famulũ tibi deditissimũ: cũ destinato uolumine habeto cõmẽdatũ. Ex Spanhem: sexto Calend᷑. maij. Anno dñi. M. cccc. xcij.

Eiusdem Reuerendi patris: domini Iohãnis de Trittenhem in Librum de Ecclesiasticis scriptoribus: Prologus.

Multorum instantia sæpe rogatus sum: ut librum quẽ de scriptorib⁹ ecclesiasticis olim inchoaueram: iam pro noticia librorũ habenda: quandoq; nacta oportunitate ꝑficiam. Diu fateor distuli: ne si tam ardua inconsulte aggredi præsumerẽ: æmulorum odia ex leuitate mea prouocarem. Nunc autẽ quoniã ad petitionem amicorum doctorũ accessit consilium: qui ad hanc subeundã prouinciam me rationibus suis animarunt: non potui diutius eorum petitionibus resistere: maxime cum hoc nostrum opusculum tantorũ uirorum patrocinio fulciatur. Cur eñi odia detractorũ metuerem: cum doctorum refugium mihi patere uideam? Erunt non dubito qui laborem hunc nostrũ dignũ laudibus existiment: erunt etiã qui eum studio æmulationis uituperent. Quid eñi? Ergo ne bonoꝝ operum exercitia intermittemus: ne odia æmulorũ prouocemus? Absit. Malos quisquis non imitatur offendit: qui autem inuidos offendere metuit: bonis iniuriam facit. Et quidẽ malis displicuisse laudabile est: q nihil amare assolent: nisi eorum moribus compareẽ. Iam nũc igit̃ amici importuni exactores suscipite librum de scriptoribus ecclesiasticis compositum: quem sedulis precibus tanto cupiuistis desiderio terminari. Feci quantum potui: & huic operi promptas uires impẽdi: licet in multis affectu sit minor ipsa facultas. Ego eñi cæcutientiũ more: ductu præcedentiũ patrum hanc siluam ingressus sum: & de illorum opusculis singula congrua meo ꝓposito colligens: in hunc fasciculũ comportaui. Multos etiam scriptores diutina inuestigatione repertos magnis sudoribus & expensis: catalogo nostro inserui. Non mireris optime lector si in librorum annotationibus ac titulis non semp mea tuæ cõcordet opinio. Quis in tam multimoda uarietate librorũ singulorũ opiniones enumerer: ne dicam concordet? Dabis ergo ueniam si aliquãdo uolumen alteri uel aliter inueneris prænotatum q̃ tua capit opinio. Non eñi singulorum diuersitates mihi licuit ubiq; exprimere. Nã ut iam dixi: uestigia patrum secutus sum: & ubi dissonabant illi: quod ueri⁹ credidi cõplexus. Tu autẽ si aliud quod solidiori ueritate constet inueneris: libenter cedam tuæ sententiæ. Placuit autẽ mihi nouo scribendi modo procedere: ut lector ipse noticiam librorum ex principijs facilius possit inuenire.

Incipiens itaq; ab apostoloꝝ discipulis: usq; ad ultimũ annũ imperatoris Frederici tertij: domini uidelicet Millesimũ quadringentesimũ ac nonagesimũtertiũ: illustriũ uirorũ deduxi catalogũ: in quo nõ omniũ: sed eorũ dũtaxat quos reperi nomina: dignitates: scripta: temporaq; signaui: apponensq; ex aduerso titulorum uoluminũ principia: iniuisa autem spacio pertrãsiui. Quorundã tempora quibus claruerunt ad nutum reperire non potui: quos tamẽ ut uisum mihi fuerat cõuenienti loco collocaui. Et hunc in utroq; defectum scientis suppleat cognitio: ut uidelicet tempora singulorũ computet: & transpositos ad loca sua reponat. Fateor me etiã plures præterisse consilio: quorũ nec scripta inueniunt facile: nec tempora. Noui quoq; adhuc multos uiros doctissimos niuẽtes: qui uaria dicunt edere opuscula: de quibus cum non sit mihi certa cognitio: malo transire silentio: q̃ incerta cogitare. Et ut Hieronymi uerbis utar: si qui de uiuentibꝰ adhuc scriptitant: a me in hoc catalogo prætermissi sũt: nõ mihi sed sibi imputẽt: qui scripta sua celare maluerũt q̃ in lucẽ uenire. Sed credo ꝙ scriptis suis & ingenio contenti: mei silentij dispẽdia non curabũt. Nam & eorum quos reperi: nõ laudes uolui depingere: sed libros. Hoc eñ studium posceret uoluminis prolixioris. Vade nunc igitur in orbẽ opus nostro labore completũ: uade & amatoribus librorum thesaurũ expende quem contines. Quid times? Quid trepidas? Quid moraris? Noli timere ꝓdire in publicum: odia æmulorũ ne metuas: tot sanctorũ patrocinio suffultum. Eia liber exilis quidẽ ingenij: sed magnarũ rerum ostensor: Quid est ꝙ uelut ignauꝰ inutilisq; formidas? Egredere confidenter: te laudabunt mille: dũ uix unꝰ uituperat. Amor dei quo scriptꝰ es: te cum auctore semp & ubiq; clemens precor excuset.

τέλοσ.

Cõmẽdatissimi uiri Reuerẽdiq; in christo patris: dñi Iohannis de Trittenhem abbatis Spanhemensis: Liber de Ecclesiasticis scriptoribus Fœliciter incipit.

c Lemens sanctæ Romanæ ecclesiæ quartus a beato petro: ut qbusdã placet: ordinatꝰ episcopꝰ: natione Romanus: uir sanctus & deo dilectus: morũ quoq; decore ornatus: cuius uita & passio in scripturis ecclesiasticis habẽtur. Sedit in pontificatu nouẽ annis & decẽ diebus: In exiliũ ꝓ fide christi relegatꝰ aĩo constanti. Obijt anno Traiani cæsaris tertio: dñi autẽ: centesimo tertio. Hic beatissimus martyr nonnullas fide & eruditione plenas fertur in persona Romanæ ecclesiæ scripsisse epistolas: De quibus extat præcipua:

Ad ecclesiam Corinthiorũ:	Epl'a	una	
Ad Iacobũ quoq; apl'm:	epl'æ	duæ	Clemens. Iacobo dño.
Præterea itinerarij uitæ suæ:	libri	decem	Cum in urbe Roma.
Item disputationis Petri:	liber	unus	

Hæc autẽ duo ultima uolumina inter Apocrypha cõputant: ut patet. xv. di. Sancta Romana. Ferunt eius & aliæ epl'æ: sed apocryphæ.

d Ionysius ariopagita Atheniensis: philosophꝰ insignis: per beatum Paulũ apostolũ conuersus ad fidem: primus ut quibusdã placet Atheniẽsis episcopus ordinatꝰ est: uir eximiæ sanctitatis & incõparabilis doctrinæ. Hũc post decessum apostoloꝝ: beatus Clemẽs Romanæ urbis episcopꝰ cum Rustico presbytero: & Eleutherio diacono ad prædicandũ gentibus uerbum dei: misit in Franciam: alio in eiꝰ locũ ordinato episcopo. Scripsit autẽ græco sermone multa præclara opuscula: De quibus apud latinos tantũ inueni subiecta:

De cælesti hierarchia:	librũ	unũ	Oĩe datũ optimũ &c.
De ecclesiastica hierarchia:	li.	j	Sacerdotij quidẽ nostri.
De diuinis nominibus:	li.	j	Nũc iam uir dei post.

De mystica theologia:	li.	j	Trinitas supsubstantialis.
De symbolica theologia:	li.	j	Sanctus quidē Timo.
Ad Gaium.	epl'as	iiij	Tenebræ occultant luic.
Ad Dorothæū ministrū:	epi.	j	Diuina caligo est inaccessi.
Ad Zosipatrem sacerdotē:	epi.	j	Non opineris hic uicto.
Ad Polycarpum:	epi.	j	Ego quidē nō sciui aduer.
Ad Demophilum:	epi.	j	Hebræoꝝ historiæ dic.
Ad sanctū Iohannē euangelistā:	epi.	j	Saluto te sanctā aīam.
Ad Apollophaniū philosophū:	epi.	j	Apollophanio cōcretio.
De obitu Pauli ad Timo.	epi.	j	Saluto te diuū discipulū.

Hæc sunt quæ de scripturis beati Dionysij apud latinos inuenio: si quid amplius edidit apud græcos remansit. Verum cum prædicta opuscula magna obscuritate tegerentur: sequentiū patrum explanatione facta sūt lucida: E quibus prior illa trāstulit & exposuit Iohānes scotus nostri ordinis monachus: deinde Hugo sancti Victoris: Rupertus Linconiensis: Albertus magnus: & Dionysius carthusiensis: & alij multi: quorum iam nō est in promptu reminiscentia. Passus autē est beatus Dionysius in agro parisiaco unacū socijs supradictis: sub Domiciano imperatore: Anno domini. XCVI. Indictione. ix. Aetatis uero suæ: nonagesimo. Sepultus est Parisius in ecclesia nomini suo consecrata: clarens miraculis.

Vcius anneus Seneca cordubensis philosophus: Fotini stoici discipulus:
I & patruus Lucani poetæ: uir uitæ cōtinentissimæ fuit: Quem testimonio beati Hieronymi celebratū in catalogo ecclesiasticorum scriptoꝝ iccirco posui: quoniam & Pauli apostoli amicissimus extitit: & ad institutionē moralis uitæ multa eleganter composuit. Hunc biennio anteq̄ Petrus & Paulus coronarētur: Nero cæsar infaustus necauit: cuius aliquando discipulus indignissimus fuit. De cuius opusculis subiecta reperi:

De morum institutione:	librū	unū	Omē peccatū actio est.
De quattuor uirtutibus	li.	j	Quattuor uirtutū species.
De remedijs fortunæ:	li.	j	Licet cunctoꝝ poetaꝝ.
Declamationū:	li.	x	Exigitis rem magis iocun.
De clementia ad Neronē:	li.	ij	Scribere de clementia.
De beneficijs ad Brutū	li.	vij	Inter multos ac uarios.
De ira ad Nouatum:	li.	iij	Exegisti a me Nouate.
De prouidentia:	li.	j	Quæsisti a me lucili quid.
De uita beata ad Gallionē:	li.	j	Viuere Gallio frater oēs.
De consolatione ad Marciā:	li.	j	Nisi te Marcia scirem.
De consolatione ad matrē:	li.	j	Sæpe iā mater optima ipe.
De tranquillitate uitæ:	li.	j	Inquirēti mihi i me quædā.
Q̃ in sapientē nō cadit iniuria:	li.	j	Tantū inter stoicos fere.
De breuitate uitæ:	li.	j	Maior pars mortaliū.
De studijs liberalibus:	li.	j	De liberalibus studijs qd.
De quæstionibus naturalibus:	li.	vij	Quātū inē philosophiam interest.
Suasoriarū sententiaꝝ:	li.	j	Sin ut cuiuscūqꝫ rei mag.
Controuersiarum:	li.	v	Duo fratres inter se disse.
De paupertate:	li.	j	Honesta inquit epicurus.
Ad polybiū consolationis:	li.	j	Nr̄a compares firma sunt.
De ludis Senecæ:	li.	j	Quid actū sit in cælo.
De uerborū copia:	li.	j	
De matrimonio:	li.	j	
Tragœdiarum:	li.	x	
De morte Claudij:	li.	j	

Epistolas ad Paulū:	li.	j	Credo tibi Paule nuncia.
Epistolas ad Luciliū:	li.	xxij	Ita fac ergo mi Lucili.

Ista sunt quæ de scriptis Senecæ ad præsens potui inuenire. Dicit̃ antẽ & alia nõ nulla scripsisse opuscula: quæ ad manus nostras adhuc minime uenerunt. Erat sanæ mator sapientiæ ardentissim⁹: & inquisitor illius studiosus: ac tam tenacis memoriæ: ut coram se lecta nominū duo milia memoriter mox recitauerit. Insup cū quidam poeta ducentos uersus edidisset: & in charta congestos corã Nerone ex ordine recitaret: mox Seneca memoria usus ꝓ uolumine: eosdẽ uersus ab ultimo incipiens ordine retrogrado usq̃ ad primū singulos repetiuit. Omniū quoq̃ ciuium suorum nomina memoria tenuisse legitur. Claruit Romæ temporib⁹ apostoli Pauli sub Nerone imperatore. Anno dñi. L.

m Arcellus Marci urbis Romæ præfecti filius: Symonis magi quondã discipulus: litteris sæcularibus sufficienter instructus: prædicatione beati Petri apostoli ad fidem Iesu christi conuersus: multa ad utilitatẽ ecclesiæ dei cõposuit. Scripsit em̃ rogantibus christianis:

De conflictu Petri & Symonis:	librũ	unũ
Ad sanctos Nereũ & Achilleũ	li.	j
De actibus Petri & Pauli:	li.	j
De artibus Symonis:	li.	j
De obitu sanctæ Petronellæ:	li.	j
De passione sanctæ Foeliculæ:	li.	j
De passione sancti Nicomedis:	li.	j

Alia quoq̃ de sanctoꝝ gestis edidit: quæ ad noticiã nostrã non uenerũt.
Claruit Romæ temporib⁹ sancti Petri apli. Anno dñi. L.



l Inus prim⁹ post beatũ Petrũ Romanæ urbis epũs: natiõe tuscus uir sanctissimæ cõuersatiõis: multis & in uita & post mortẽ miraculis coruscans: Sedit in pontificatu annis. xj. mensibus tribus & diebus duodecim. Qui cum uir esset doctissimus & deo dilectus: scripsit græco sermone sanctorum apostoloꝝ Petri & Pauli uno die passorum:

Martyrium:	li.	j

Et quasdam epistolas.
Tandem a Saturnino præfecto cuius filiam a dæmone liberauerat: capitali sententia punitus martyr efficitur: Vndecimo Calend'. octobris.
Claruit Romæ sub Galba imperatore. Anno dñi. LXX.

p Hylo iudæus natione alexandrinus: de genere sacerdotum: a beato Hieronymo inter scriptores ecclesiasticos iccirco ponitur: quoniã in suis opusculis pleriq; in christianorum laude uersatur. Hic cũ suæ gentis legatus Romam missus esset: amicitiã beati Petri apostoli habuisse memoratur: & ob hãc causam etiam sancti Marci discipuli eius sectatores apud alexandriam laudib⁹ ornauit suis. Erat autem uir undecũq; doctissimus: & uelut alter Plato habitus: ita ut uulgo diceretur: Aut Plato Phylonem: aut Phylo imitatur Platonem: Tanta em̃ fertur similitudo sensuũ & eloquij amborum. Scripsit autẽ libros & multos & elegantissimos: De quibus subiecti ferunt.

De uita sapientis:	liber	unus
De conuersatione uitæ:	li.	j
De confusione linguarũ:	li.	j
De natura quadrupedũ:	li.	iij
De his quæ sensu testamur:	li.	j
De eruditione:	li.	j
De hærede diuinaꝝ rerum:	li.	j
De diuisione inæqualiũ	li.	j

De tribus uirtutibus:	li.	j	
De natura & inuentione:	li.	j	
De pactis:	li.	j	
De generationis successu:	li.	j	Adam genuit tres filios.
De mutatione nominũ:	li.	j	
De gigantibus:	li.	j	
In quinq̧ libros Moysi:	li.	v	
De somniis:	li.	j	
De tabernaculo:	li.	iiij	
De uita contemplatiua:	li.	j	
De agricultura:	li.	ij	
De ebrietate:	li.	ij	
De uictimis & repromissionib⁹	li.	j	
De ꝓuidentia:	li.	j	
De ideis:	li.	j	
De Alexandro:	li.	j	
De ratione animalium:	li.	j	
Q̄ oñis insipiens seruus sit:	li.	j	

Alia quoq̧ multa scripsisse legit̃: quæ ad noticiam meã nõ uenerũt.
Claruit sub Nerone principe. Anno dñi. L.

i Osephus iudæus natione hierosolymitan⁹: religiõe sacerdos: Mathatiæ sacerdotis filius: philosoph⁹: rhetor: temporũq̧ scriptor insignis: quẽ in catalogo nostro non ponerẽ: nisi & eius scripta legeret ecclesia: & beatus Hieronym⁹ id prior fecisset: post excidiũ Hierosolymæ captus a Vespasiano & Tito principibus Romã ducit̃: & ꝓpter ingenij excellentiã: a Senatu & populo romano magnifice honorat̃. Qui & si iudæus permanserit: genus tamẽ christianorum sæpe laudauit: & de dño nostro Iesu christo in decimooctauo antiquitatũ libro: insigne testimoniũ descripsit. Huius uolumina tantæ auctoritatis apud Romanos adhuc illo uiuente habita sunt: ut bibliothecæ publicæ sint tradita: ipse uero post mortem statua ærea a senatu & populo donatus sit. De cuius opusculis ego tantum uidi subiecta.

De bello iudaico:	libros	vij	Quoniam bellũ qd̃.
Antiquitatũ mundi:	li.	xxiiij	Historiam conscribere.
Contra Apionẽ:	li.	ij	Sufficienter ut arbitror.
De potentia dicendi:	li.	j	

Claruit Romæ sub Vespasiano & Tito principibus. Et usq̧ ad tempora Traiani imperatoris durauit in humanis: Anno dñi. C.

i Gnatius ecclesiæ Antiochenæ tertius post beatũ Petrũ episcop⁹: uir eximiæ sanctitatis ac dñi nostri Iesu christi singularis & feruentissim⁹ amator. Dicere consueuit Dionysio teste: Amor me⁹ crucifix⁹ est. Qui beatissim⁹ præsul cum esset diuini uerbi prædicator doctus & çelosus: scripsit nonnullas elegantes & plenas feruoris epistolas: in quib⁹ amatorẽ sancti martyrij fuisse demõstrauit: E quibus istæ ferunt̃ potiores:

Ad ecclesiam Ephesioꝶ:	eplã	una	
Ad Magnesianos:	epi.	j	
Ad Troienses:	epi.	j	
Ad Romanos:	epi.	j	
Ad sanctum Iohannem:	epi.	ij	Iohanni sancto seniori: su⁹.
Ad beatã uirginem:	epi.	j	Christiferæ mariæ: su⁹.
Ad Philadelphios:	epi.	j	
Ad Polycarpũ:	epi.	j	

Passus est Romæ sub Traiano imperatore. Anno dñi. C.XI.

p Apias auditor sancti Iobannis atq; discipul⁹: Hieropolytan⁹ in Asia episco pus: fidei christianæ constantissimus propagator & defensor: sanctorũq; apostolorũ discipulus & studiosus imitator: scripsit nõ spernendæ auctoritatis opuscula: E quibus extat opus insigne: quinq; uoluminibus distinctum: qđ prænotauit sic:

Explanationẽ sermonũ dñi: li. v

Alia quæ scripsit non uidimus.

Hic nouitatem mille annorum primus inuenit: post quos christum denuo in carne regnaturum cum electis sup terram somniauit: quem errorem alij postmodũ dilatantes: chiliastæ a mille appellati sunt.

Claruit temporibus Traiani cæsaris. Anno dñi. C. & circa.

e Gesyppus natione iudæus ad fidẽ christi conuersus: doctrina & sanctitate in ecclesia dei admirabilis effulsit: cuius festum cum cæteris sanctis in martyrologio locum obtinuit. Scripsit nonnulla excellentis ingenij opuscula: De quib⁹ ego tantũ reperi: a tempore dominicæ passionis usq; ad suam ætatem: opus insigne:

Historiam ecclesiasticorũ actuũ: li. v Bello partico qđ inter.

Aliud operum eius nullum uidi.

Claruit uicinus aplicorũ temporum sub Antonio pio. Anno dñi. C.LX.

i Vstinus ex philosopho conuersus ad catholicam fidem: christi amator & cultor insignis: cum in urbe Roma Crescentem cinicũ christianos blasphemantem: gulosum & mortis timidum: ac luxuriæ & libidinum sectatorem redargueret: eius insidijs φ christianus esset coram Senatu accusatus: pro christo martyrio coronatus est. Scripsit pro fidei nostræ defensiõe multa præclara opuscula: De quibus ista feruntur:

Contra gentes ad Anto.	li.	i
Ad Aureliũ contra gentes:	li.	i
Itẽ aduersum gentes:	li.	i
Castigationũ contra gentes:	li.	i
De monarchia dei:	li.	i
De anima:	li.	i
Psalten prænotatus:	li.	i
Contra Tryphonẽ iudæũ:	li.	i
Contra Marcionẽ:	li.	i
Contra oẽs hæreses:	li.	i

Alia insuper multa composuit quæ ad noticiam nostrã non uenerunt.

Claruit sub Antonio pio. Anno dñi. C.L.

q Vadratus athenensis post Publium martyrem episcopus: sanctorũ apostolorum auditor quondam atq; discipulus: uir constans & incomparabilis doctrinæ: pro utilitate christianæ fidei multum laborans: multum profecit: & ecclesiam metu persecutionis dispersam: ad unitatem fidei congregauit. Cum esset doctor insignis: scripsit inter alia pro christianis ad Adrianum principẽ plenum instructione:

Apologeticũ:	li.	i

Et alia nobis incognita.

Tandem p fidei catholicæ defensione passus est. vij. Calend. Iunij.

Claruit sub Adriano principe. Anno dñi. C.XX.

a Ristides philosophus Atheniensis: uir in sæcularibus litteris doctissimus: & in diuinis scripturis admodũ studiosus: tãta eloquẽtia insignis emicuit: ut miraculũ suis gentibus præberet: qui sub habitu philosophi christianã &

fidē & cōuersationem baiulās: nō sine sanctitatis opinione clarus effulsit. Scripsit Apologeticum ꝓ christianis:
Ad Adrianū principem: li. j
Et quædam alia. Claruit sub Adriano imperatore. Anno dñi. C. XX.

m Elito asianus: episcopus Sardensis: uir in diuinis scripturis eruditus: & nominis sanctitate q̄ doctrina uenerabilis: inter catholicos prædicatores clarus effulsit. Scripsit ad utilitatem ecclesiæ fidelium multa egregia uolumina: De quibus ista feruntur:

De pascha:	li.	ij
De uita ꝓphetarum:	li.	j
De lapsis:	li.	j
De corpore & anima:	li.	j
De baptismate:	li.	j
De ueritate:	li.	j
De generatione christi:	li.	j
De prophetia:	li.	j
Eglogarum:	li.	vj
De transitu sanctæ Mariæ:	li.	j
De ecclesia:	li.	j
De dominica:	li.	j
De sensibus:	li.	j
De fide:	li.	j
Philoxenia:	li.	j
Qui clauis inscribitur:	li.	j
De diabolo:	li.	j
De Apocalypsi Iohannis:	li.	j

Melito seru^s christi epūs.

Alia etiam opuscula edidit: quæ ad nostram memoriā uetustas uenire nō permisit. Huius elegans & declamatorium ingeniū Tertullianus in quodam loco commemorans: ut prophetā a nostris habitū fuisse asserit. Notandū sane ꝙ liber de sanctæ Mariæ trāsitu illi ascript^s: īnē apocrypha reputat. xv. di. Sancta Romana. Claruit aūt sub Marco antonio uero principe. Anno dñi. C. LX.

t Heophilus ecclesiæ antiochenæ sextus episcop^s: uir in diuinis scripturis ualde studiosus & erudit^s: ingenio & eloquio clarus: ac declamator egregius: Scripsit ad utilitatem fideliū multa uolumina: & sermonū domini explanator egregius effulsit: De cuius opusculis subiecta ferunt:

Contra Marcionem:	li.	j
Contra Hermogenem:	li.	j
Ad Autolicum:	li.	iij
Cōmentarioꝝ in euangelia:	li.	iiij
In prouerbia Salomonis:	li.	j

Alios etiam tractat^s breues & plures ad ædificationē ecclesiæ catholicæ pertinētes composuit: qui apud latinos raro simul inueniunt. Ordinatus aūt fuit in episcopum. Anno dñi. C. LXXIII. Indictione. xj.

a Pollinaris hieropolytanus in asia episcopus: uir doctus & fidei christianæ defensor insignis: ingenio clarus & disertus eloquio: scripsit non contemnendæ lectionis opuscula: quibus se uirū non tam eruditum q̄ zelosū ostēdit. Ex quibus ista feruntur:

Apologeticus ꝓ christianis:	li.	j
Aduersus gentes:	li.	v
De ueritate:	li.	iij
Aduersus cataphrygas:	li.	ij

Sed & alia nõnulla edidit:quorũ nobis notitiã abduxit.
Claruit sub Marco antonio uero. Anno dñi.C.LXV.

d Ionysius ecclesiæ corinthiorũ episcopus:uir eloquentissimus & in diuinis scripturis ualde eruditus:ouilis christi uigilantissimus pastor:tantæ sollicitudinis & industriæ fuit:ut non solum suæ ciuitatis populum salutarib⁹ documẽtis instrueret:sed etiam exterarum plæbes urbium:p epistolas ad cõstantiam fidei ,puocaret. Quæ quidem epistolæ tam utiles & prolixæ feruntur: ut non ab re libri quæant appellari. De quibus subiectæ recensentur:

Ad Lacedæmonios:	epi.	j
Ad Athenienses:	epi.	j
Ad Nicomedienses:	epi.	j
Ad Cretenses:	epi.	j
Ad Ignosianos:	epi.	j
Ad papam & Romanos:	epi.	j
Ad Amasdrinenses:	epi.	j
Ad Chrysophoram fœminã:	epi.	j

Claruit sub Marco antonio uero: & Lucio aurelio principibus. Anno domini.C.LXX. Non sine opinione sanctitatis: & uaria conscripsit.

t Atianus hæresiarches: Iustini martyris auditor atq sectator : q diu ab eius latere non discessit. Postea uero coronato sancto Iustino: inflatus eloquẽtiæ tumore: nouam hæresim condidit quæ encratica; dicitur: quã postea Seuer⁹ auxit: a quo eiusdẽ partes hæretici seueriani appellati sũt. Carnes abominant: uinũ nõ bibũt: uetus testamentũ nõ suscipiunt: nec resurrectionẽ credunt. Scripsit aũt Tatianus pene infinita uolumina: quæ tñ ad noticiã meã nõ uenerũt. Nam propter docentis errorem: etiam uolumina despecta perierunt. Extat eius teste Hieronymo: insigne uolumen quod prænotauit:

Contra gentes:	li.	j

Claruit sub Marco antonio uero. Anno domini. C.LXX.

p Hilippus episcopus Cretensis: hoc est urbis corintinæ: cuius dionysius cõrinthiorũ epũs supra positus: meminit in epla sua quã scripserat ad eiusdẽ ciuitatis ecclesiã: uir nobilis & doctus: edidit ad utilitatẽ credentiũ satis ut ferunt instructa uolumina: quæ ad manus nostras minime uenerũt. Extat eius

Contra Marcionem:	li.	j

Scripsit etiam quasdam ad diuersos epistolas: uariosq tractat⁹: qui ad nostras manus adhuc minime uenerunt. Claruit anno dñi.C.LXX. temporibus Marci antonij ueri imperatoris.

m Odestus uir quidam florentis ingenij: licet cuius dignitatis uel gradus fuerit a nobis ignoretur: scripsit teste beato Hieronymo: nõ cõtemnẽdæ lectionis opuscula: in quib⁹ abundans ingenij eius uena conspicitur: E quib⁹ extat uolumẽ insigne:

Aduersus Marcionẽ:	li.	j

Cætera nobis incognita sunt.
Claruit sub Marco antonio uero: & Lucio aurelio Comodo principibus. Anno domini nostri Iesu christi. C.LXXV.

b Ireneus Lugdunẽsis in Gallia post beati Fotini martyris triũphum episcopus: Polycarpi martyris quondã auditor: uir in diuinis scripturis studiosus & ualde eruditus: sub papa Eleutherio legatus Romã missus: nõ min⁹ sanctitate q doctrina clarissim⁹ cõprobat⁹ est. Scripsit mlta egregia uolumina: De qbus ista ferunt:

Aduersum gentes:	li.	j
De disciplina:	li.	j
Ad Blastũ de scismate:	li.	j
Contra hæreses:	li.	v

Quatenus ueritatẽ refu.

De monarchia dei: li. j
De Ogdoade li. j
De pascha ad Victorē papam: li. j
De prædicatione apostolica li. j
Variorum tractatuū. li. j

Scripsit & alia multa quæ ad noticiā meā adbuc minime uenerūt. Tandē sæuiēte
psecutione in christianos: cū oīni ferme ciuitatis suæ populo ,p fide catholica mar/
tyrio coronatus est: quarto Calend. Iulij.
Claruit sub Marco Antonino. Anno dñi. C.LXXV.

Heodocion patria ephesin⁹: Tatiani philosophi cū adhuc fidelis eēt quō/
t dam discipulus: uir certe undecūq; doctissim⁹: & diuinarū scripturarū ter/
tius interpres: Præter trāslationē scripturarū quā ex hebræo latinā fecit
etiā alia quædā conscripsit opuscula: quæ tñ ad manus nr̃as adhuc minime puē/
nerunt. Claruit temporibus Comodi imperatoris. Anno dñi. C.LXXX.

Hodon genere asian⁹: Tatiani quōdā auditor & discipul⁹: uir tam in diui
r nis scripturis q̃ etiā in sæcularib⁹ lr̃is eruditissim⁹: mlta græco ſmone scri/
psisse dicit: quorū exemplaria apud nr̃os raro inueniūt: E quib⁹ tñ potiora
Contra Marcionem: libri iij (ferūt quæ subiecim⁹:
Aduersum Cataphrygas: li. j
Ad Calistionem: li. j
In hexaemeron: li. vj

Claruit sub Comodo & Seuero principibus. Anno dñi. CC.

Lemens ecclesiæ alexandrinæ p̃sbyter: Pantheni stoici quondā philoso/
c phi christiani auditor atq; discipulus: q scholā ecclīasticā post eum alexan/
driæ multis annis tenuit: uir deuotus: doctus: & eloquentissimus fuit. Scri
psit multa præclara uolumina: de quibus ista feruntur:

Stromatū: id est uarietatū: libri viij
Aduersum gentes: li. j
Pædagogi: li. iij
De pascha: li. j
De ieiunio: li. j
De disputatione: li. j
De saluatione diuitis: li. j
De obtrectatione: li. j
Aduersum iudaiçantes: li. j
De canonibus ecclesiasticis: li. j

Epistolas etiam multas uariosq; tractatus edidit: quorū titulos ignoramus.
Claruit Comodi & Seueri principū temporibus. Anno dñi. CC.

Elciades cuius Rhodon in opere suo qd̕ aduersus cataphrygas: Mōtanū
m Priscam: & Maximillā insanos uates composuit: recordatus est: uir in sæ/
cularibus litteris eruditissimus: & in diuinis scripturis iugi studio exercita
tus: scripsit ad ædificationē fideliū non pauca opuscula: De quib⁹ subiecta ferūt:

Aduersus Montanū li. j
Aduersum gentes: li. j
Contra iudæos: li. j
Apologeticus ,p nr̃a fide: li. j

Alia quoq; multa scripsisse dicit: quæ ad noticiam meam nō uenerunt.
Claruit Marci antonini Comodi temporibus. Anno dñi. C.LXX.

Pollonius quidam uir doctus atq; disertissimus: nō minus uita q̃ eloquen/
a tia insignis: hæreticæ prauitatis debellator fortissim⁹: multa ,p nostra fide
composuit: & Mōtani insaniam uerbis & scriptis sæpe cōfutauit: sicut pa/

tet legentib⁹ insigne illud nolumen: qđ maximis eloquentiæ leporibus cōposuisse (dicit:
Aduersus Montanū li. j
Sed & alia cōplura edidit: quæ ad noticiā meam non nenerunt.
Clarnit sub Comodo & Seuero principibus. Anno dñi. C.LXXXX.

s Erapion ex anachoreta: ecclīæ Antiochenæ octau⁹ epūs: uir acris ingenij in diuinis scripturis ualde studiosus & eruditus: non minus uita q̄ scientia uenerabilis: fertur ad utilitatē credentium plura cudisse opuscula: in quibus se uirum & doctum & fidei christianæ defensorem acerrimum ostendit: De quorum numero habentur:

Ad Dōmonē iudaiçantem li. j
Ad Carinū de Montano: li. j
De euangelio sub nomine Petri. li. j
Epistolæ breues sed plures: li. j

Ordinat⁹ fuit in episcopū præfatæ urbis sub Comodo principe Romanorū. Anno dñi Centesimo nonagesimotertio. Indictione prima.

a Pollonī⁹ Romanæ urbis senator: uir tam ī diuinis scripturis q̄ in sæcularib⁹ litteris eruditissim⁹: & nō min⁹ sanctitate q̄ scientia uenerabilis: cum corā Senatu proditus fuisset q̄ christianus esset: & christū nollet abnegare: capitis sententiam accepit: ueteri apud illos lege obtinente: absq; negatione non dimitti christianos: qui semel ad eorum iudicium fuissent pertracti.

Scripsit autē inter alia:

Apologeticū ꝓ fide nostra: li. j

Quē cum coram Senatu ex ordine recitasset capite truncatus fuit.
Claruit Romæ sub Comodo & Seuero principibus. Anno dñi. C.XC.

t Ertullianus presbyter: patria carthaginēsis africanæ prouinciæ: patre Cēturione uiro proconsulari: homo acris & uehemētis ingenij: tam in diuinis q̄ in sæcularibus scripturis doctissimus: quippe qui apud carthaginem rhetoricā multis annis gloriose docuit: scripsit latino sermone pene infinita opuscula in quibus hæreticorū errores fortiter contriuit. Hui⁹ scripta beatissim⁹ martyr Cyprianus in tanta ueneratione habuit: ut nullum sine eorū lectione diē præteriret. Dicere eñ ad notariū suū cōsueuerat: Da magistrū: Tertullianū uidelicet designans. Tandem in errorē Montani dilapsus dicitur: ꝓpter qđ eius opuscula inter apocrypha cōputant̄ .xv. di. Sancta romana. Et licet in aliquib⁹ errauerit: in multis tñ bene scripsit: sicut eius uolumina testantur: De quibus uidi:

De patientia dei:	librū	unū	Cōfiteor addñm deū satis
Aduersus Praxeam:	li.	j	Varie diabol⁹ æmular⁹ est.
Contra Marcionem:	li.	v	Siquid retro gestū est.
Cōtra iudæos:	li.	j	Proxie accidit disputatio.
Contra omnes hæreses:	li.	j	Duorū hæreticorū ut pl'a.
De proscriptionib⁹ hæreticoꝝ	li.	j	Conditionē præsētiū tpm.
Aduersus Hermogenem:	li.	j	Solem⁹ hæreticis compē.
Contra Valentinianos:	li.	j	Valentiniani frequētissime
De carne christi.	li.	j	Qui fidē resurrectionis.
De resurrectione carnis:	li.	j	Fiducia christianorū resur.
De corona militis:	li.	j	Proxie factū ē liberalitate.
Ad martyres:	li.	j	Inter carnis alimenta.
De pœnitentia:	li.	j	Pœnitentiā hoc genus.
De uelandis uirginibus:	li.	j	Propriū iam negociū pas.
De habitu muliebri:	li.	j	Si tanta in terra moraret̄.
De cultu fœminarum:	li.	j	Ancillæ dei uiui: cōseruæ &
Ad uxorem:	li.	ij	Dilectissima in dño cōsua.

De psecutione ad Fabium:	li.	j	Quæsisti pxime Fabi frat.
Ad Scapulam:	li.	j	Nos quidē neq̧ expauesci.
Exhortatoriū castitatis:	li.	j	Nō dubito frat te post ux.
De Monogamia:	li.	j	Hæretici nuptias auferūt.
De pallio:	li.	j	Principes sēp Africe uiri.
De spectaculis:	li.	j	
De extasi:	li.	vj	
De pudicitia:	li.	j	
De ieiunijs:	li.	j	
Aduersus Apolloniū:	li.	j	

Scripsit quoq̧ & alia plura uariosq̧ tractatus: qui ad man⁹ nostras adhuc minime uenerunt: uixitq̧ usq̧ ad senectam & senium studiosus.

Claruit Seueri imperatoris temporibus. Anno dñi. Ducentesimo.

n

Rigenes qui & Adamantius presbyter: natione alexandrinus: Leonidis martyris filius: Clemētis alexandrini quōdā discipul⁹: uir magni & excellentis ingenij fuit: ita ut studio & eruditione similem nūq̄ habuerit. Anno Seueri pertinacis decimo: aduersum christianos persecutione mota: ac Leonide patre p fide christi martyrio coronato: cum matre uidua & sex fratribus pauper derelictus est: annos natus circiter decem & septem. Substantiam aūt omnē propter christi confessionem fiscus occupauerat: ita ut unde uiuerent amplius nil haberent. Et licet annoꝝ numerus minor supputaret in iuuene: erat tamē iam mirabilis in eo doctrina: & fidei christianæ admiranda constātia. Proposuerat eñ cū patre suo Leonide p fide christi fortiter occūbere: si nō matris fraude ad ecclīæ utilitatē magnus doctor futurus: eum contigisset præseruari. Nam cum ad locū agonis patri mane pridie deliberasset occurrere: sublatis a matre noctu uestimētis & obseratis tabernaculi ualuis domi cogitur remanere. Cum uero in uirū creuisset: agere uitam apostolicam instituit: & annūcians in circuitu suo uerbum dei nudis pedibus multis annis incessit. Super lectum deniq̧ plumis stratum nunquā dormiuit: a uino & carnibus: præter infirmitatē omīo se abstinuit: ieiunijs: uigilijs: orationibus & continuis diuinarum scripturarū studijs & expositionib⁹ deo deuote seruiens intent⁹ fuit. Christi quoq̧ consilio unam tantum tunicā induere cōsueuit: & omniū mūdanoꝝ cōtemptor effectus: nihil de crastino cogitauit. Amore castitatis ut mulieribus secure auderet prædicare: se castrari fecit: licet in hoc facto çelus sine scientia manserit. Ob eius doctrinam: eloquētiam & apostolicam uitam Māmea Alexandri imperatoris christianissima mater: eū audiendi desiderio capta: ex Alexandria Antiochiā accessit: & eius mellifluam doctrinam cum ingenti admiratiōe audiuit. Erat autē in studio diuinaꝝ scripturaꝝ adeo intētus: ut nec cibum unq̄ nec somnū caperet: nisi unus e fratribus lectionē scripturarū cūctis audientib⁹ præmisisset. Nouū & uetus testamentū uelut alter Esdras memoriter nouerat: & iam senex contra suā ætatē linguā hebraicā didicit: & oīm interpretū editiones præter septuaginta in unā mirabili studio cōportauit. In editionib⁹ scripturaꝝ dictandis tam admirandæ memoriæ & subtilitatis fuit: ut septē notarios totidēq̧ in scribendo uelocissimas puellas: præter alios iuuenes oēs insimul ex ei⁹ore diuersa scribētes: incredibili pnūciādi agilitate fatigaret. Et cū tant⁹ haberetur & esset inter oēs ecclesiasticos doctor insignis: magnis tñ notat erronb⁹: quib⁹ uel ipse desipuit: uel alijs inserentib⁹ falsa scriptis deprauat⁹ fuit. Semp eñ de Origene uaria fuit doctoꝝ opinio: qbusdā hæreticū asserētib⁹: alijs sibi fraudē affirmātib⁹ impositā. Mirandū nō est: si prim⁹ sine exemplo errauerit: q tot uolumia sine magistro præcedente explicuit. Nostrū tñ est: ne dū de Origene sed de qbuscūq̧ scriptorib⁹ cū sancta ecclīa Romana sentire: & supuacuas opiniōes contemnere. Edidit aūt pene infinita uolumina: De quib⁹ ego latinis infusa uidi tantū subiecta.

In Genesim:	homel.	xvj.	In principio fecit de⁹ cælū.
In Exodum:	ho.	xiij	Videt̃ mihi unusquisq;.
In Leuiticum:	ho.	xvj	Sicut nouissimis diebus.
In Numeri:	ho.	xxviij	In numeris nõ oẽs digni.
In Iosue:	ho.	xxvj	Donauit dñs nomen.
In Iudicum:	ho.	ix	
In principium idide:	ho.	ij	
In Esaiam ꝓphetam:	ho.	ix	Q̃diu Ozias rex uixit.
In Hieremiā prophetā:	ho.	xiiij	De⁹ ad bñfaciendū ꝓmpt⁹.
In Ezechielem:	ho.	xiiij	
In euangeliū Matthæi:	ho.	xxvj	
In euangelium Lucæ:	ho.	xxxix	Sicut olim i ppl'o iudæoꝝ.
De Helchana:	li.	j	Nõ ab initio trinũ deus.
In principiū Iob:	li.	iij	
In Canticacāticorum:	li.	iiij	
Item in canticacanticorum:	li.	ij	De cāticocāticoꝝ dictur⁹.
In psalteriū tractatus:	numero	.CL.	Beatus uir ꝛc: hunc psal.
Aduersum hæreticos:	li.	v	Adamantius dixit qui.
Contra Celsum philosophū.	li.	viij	Hortaris sacer Ambrosi.
Periarchon:	li.	iiij	Oẽs qui credūt & certi.
In epistolam ad Romanos:	li.	xv	Q̃ cæteris apli Pauli.
In principiū Iohannis:	li.	j	
De martyribus:	li.	j	

Alia insup multa composuit: quæ ad manus nostras non uenerunt.
Sunt qui scribant se Origenis tractatus sex milia legisse: qm numerus & magnus est & latinis incognitus. Nec dubium quin multa illius opuscula nouiter translata sint: quæ ad noticiam nostræ lectionis minime uenerunt. Morit̃ aũt senex & pauper: apud Tyrū sepultus: sub Valeriano & Galieno principibus. Anno dñi. CC. LXI. Indictione nona: Aetatis suæ anno septuagesimo.

Mmonius alexandrinus: uir i diuinis scripturis erudit⁹: & in sæcularib⁹ lit-
a teris doctissimus: philosophus & rhetor omniū sui temporis celeberrim⁹:
ingenio subtilis & disertus eloquio: scripsit græco sermone quædam præclara uolumina: quib⁹ memoriā sui posteris reliq̃t. De quoꝝ numero extāt subiecta.

De consonantia Iesu & Moysi:	liber	j	
Canonum euangelicoꝝ:	li.	j	In primo canõe quattuor.
Vnius ex quattuor:	li.	j	Q̃m quidem multi con.

Et quædam alia.
Hūc impijssimus Porphyri⁹ christianorum acerrimus hostis: philosophus gentilis falso accusat: q̃ fide abnegata factus sit ethnic⁹: quem constat usq; ad mortem christianum deuotum ꝑmansisse.
Claruit sub Alexandro Māmeæ filio. Anno dñi. CC. XXX.

Mbrosius Origenis auditor: primo Marcionites: ac deinde ab ipo Orige-
a ne correctus: christianæ fidei cõfessor insignis etiam ad officiū diaconatus
meruit ꝓmoueri: uir certe doctissimus & librorum studiosus amator: quo sumptus notarios ac scribas subministrante: Adamanti⁹ noster pene infinita uolumina composuit: tantus lucubrationū illius cultor: ut die ac nocte ad scribendū aliquid noui uerbis & scriptis eum prouocaret: adeo ut cõpulsor operis in quadā epla familiari ab Origene nominet̃. Hic dicere solebat se nunq̃ Origene præsēte isse cubitum: neq; sumpsisse cibū: nisi prius unus e fratrib⁹ qui semp præsto erant: sacris litteris ꝑsonasset. Scripsit de sua cõuersioe gratias agens ad Origenē.

Epistolarum:	li.	j

Et quædam alia.
Claruit cum Origene. Anno dñi. CC.ac.XXX.

Riphon Origenis auditor atq; discipulus: ad quem illius nõnullæ extant
c epistolæ: uir tam i diuinis scripturis q̃ in sæcularibus litteris eruditissimus:
ingenio subtilis & disert⁹ eloqmo: Scripsit græco sermone quædam præclara opuscula: quibus nomen suũ ad noticiã posteritatis transmisit: E qbus extãt subiecta:

De uacca rufa i Deuteronomio:	li.	j
De qualitate sacrificioꝝ:	li.	j
De columba & turture:	li.	j

Claruit temporibus Alexandri imperatoris. Anno dñi. CC.XXX.

Inutius fœlix causidicus: patria Roman⁹: uir in sæcularib⁹ litteris eruditis-
m simus: & in dininis lectionibus studiosus: ingenio excellens & disert⁹ elo-
quio: scripsit latino sermone quædam præclara opuscula: quib⁹ memoriã sui posteris cõmendauit. E quib⁹ extat dialogus inter christianũ & hæreticũ: qui

Octauus inscribitur:	li.	j
De fato contra mathematicos:	li.	j

Claruit Romæ sub Alexandro imperatore. Anno dñi. CC.XXX.

Erllus arabiæ Botrenus episcopus: uir in diuinis scripturis eruditus: & in
b sæcularibus egregie doct⁹: cum aliquanto tempore gloriose rexisset ecclesiam: in hæresim paulianoꝝ tandem lapsus est: qui christum ante mariã fuisse negabant: sed ab Origene correptus: multa scripsit: E quib⁹ extat inter eos:

Dialogus habitus:	li.	j
Epl'arum ad diuersos:	li.	j

Et quædam alia.
Claruit sub Alexandro imperatore. Anno dñi. CC.XXXV.

Ippolyt⁹ cuiusdã urbis episcopus: cui⁹ nomẽ Hieronymus nõ expræssit:
b uir certe in diuinis scripturis & studiosus & erudit⁹: scripsit multa & pene
incredibilia uolumina: ita ut Ambrosius de quo iam supius fecim⁹ mentionem: Origenem ad eius imitationem cohortari consueuerit: atq; ad exponendas diuinas scripturas fortiter psuaserit: præbens ei ut diximus: septem notarios: totidẽq; uelocissimas in scribendo puellas: & librariorũ parem numerũ cum sumptibus & expensis eorundẽ. Cerneres pulchrũ & delectabile certamen: quo alter alterũ in editione librorũ supare magnopere cupiebat.

De opusculis Hippolyti subiecta ferunt:

In hexaemeron:	libri	vj
In Genesim:	li.	j
In Exodum:	li.	j
In Numerũ:	li.	j
In Canticacanticorũ:	li.	j
In Zachariã prophetã:	li.	j
In Danielem:	li.	j
In Apocalypsin:	li.	j
In Prouerbia Salomonis:	li.	j
In Ecclesiasten:	li.	j
De Saule & Phitonissa:	li.	j
De Antichristo:	li.	j
Contra Marcionem:	li.	j
Contra omnes hæreses:	li.	iij.

In psalmos quoq; multos & uarios tractat⁹ edidit. Homelias etiã & sermões pene innumerabiles. Et alia plura nobis adhuc incognita.
Claruit sub Alexandro principe. Anno dñi. CC.XX.

a Lexander episcop Cappadociæ: cum desiderio sanctorū locorū hierosolymam pergeret: ibidē diuina reuelatione post sanctum Narcissū epūs ordinatus: multa sanctitate & doctrina clarus effulsit: & tandē p fide christi sub Decio impijssimo tyranno martyriū consūmauit. Scripsit multas ad diuersos elegantes epistolas: De quibus imprimis subiectæ feruntur:

De pace ecclesiæ ad Aarontas:	epla	i
Ad Antiochenses:	epi.	i
Pro Origene contra Demetriū:	epi.	i
Ad Origenem:	epi.	plures

Passus est Cæsariæ sub Decio. Anno dñi. CC. LIII. Indictione. I.

i Vlius africanus uir undecūq doctissimus: philosophus: historiographus & theologus insignis: ac diuinarū scripturarū & librorū ardentissimus amator: suis studijs & sumptibus apud cæsareā palestinæ insignē bibliothecā condidit: in qua multa uolumina tam sæcularium q diuinarū scripturarū congregauit. Scripsit præterea magnæ utilitatis plura opuscula: De qbus feruntur subiectā:

Chronicarum:	li.	v
De sancta Trinitate:	li.	i
De circumcisione:	li.	i
De Attalo:	li.	i
De pascha:	li.	i
De sabbato:	li.	i
Ad Origenem de Susanna:	li.	i
Ad Aristidem philosophū:	li.	i

Et alia plura composuisse dicit: quæ ad noticiam meā non uenerūt.
Claruit sub Marco aurelio. Anno dñi. CC. XX.

g Regorius Neocæsariensis Ponti epūs: Origenis auditor atq discipulus: uir doct & sanct: & multa scripsit: & miraculis uiuens coruscauit. Hic adhuc iuuenis cum fratre Anthenodoro studiū philosophiæ sæcularis quæritās: scholæ Origenis se subdidit: a quo ad fidē christi paulatim q̄si insensibilit una cum fratre conuersus fuit: & in utrum doctissimū atq sanctissimū euasit. De cuius scriptis extat ad Origenem:

Panegericus:	li.	i
Interpretationū in Ecclesiastē:	li.	i

Et plures epistolæ.
Claruit sub Gordiano principe. Anno dñi. CC. XL.

c Ornelius Romanæ urbis post Petrū. xxij. episcopus: patria romanus: patre Castino: post Fabiani gloriosū martyriū papa creatus. Sedit in cathedra Petri annis duob: uir doctus atq sanctissim: donec tandē etiam ipse martyrio coronatus transiuit carne solutus ad superos. Scripsit autē plures ad utilitatem ecclesiasticā epistolas: De quibus ego dumtaxat reperi subiectas.
Ad Fabium antiochenū episcopum:

De synodis:	epi.	i
Ad eundem de nouatianis:	li.	i
De Nouatiano:	epi.	i
De gestis synodi:	epi.	i

Ad Cyprianum Carthaginensem episcopū plures scripsit eplās: & alias ad alios.
Claruit sub Decio tyrāno principe. Anno dñi. Ducētesimo. quinqgesimoquinto.

c Yprianus ecclesiæ Carthaginensis in Africa episcopus: uir doctus atq sanctissim: multis annis rhetoricam gloriose docuit: & in omī litteratura sæculari doctor magnificus fuit. Deinde psuadente pr̄sbytero Cecilio: a quo sortitus est cognomē: ad fidem christi cōuersus: oēm substātiā suam pauperib

erogauit: Ac nõ multo post in p̄sbyterũ electus: etiã episcopus ordinat⁹ est. Qui cum in diuinis scripturis studiosus esset: ad ædificationẽ fideliũ multa utiliter edidit: Et subiecta uolumina latino sermone conscripsit: Videlicet:

De gratia dei ad Donatum:	li.	j	Bene admones Donate.
Contra Demetrianum:	li.	j	Oblatrantẽ te: & aduersus:
De pietate & elemosyna:	li.	j	Multa & magna sunt frẽs.
De laude martyrij:	li.	j	Desiderasti fortunate ca.
De çelo & liuore.	li.	j	Zelare qđ bonũ uide.
De bono patientiæ:	li.	j	De patiẽtia locutur⁹ frẽs.
De mortalitate:	li.	j	Etsi apud plurimos urm.
De uirginitate:	li.	j	Disciplina custos spei.
De lapsis:	li.	j	Pax ecce dilectissimi frẽs.
De sacramento calicis:	li.	j	Cyprian⁹ Cecilio fratri. S.
De unitate ecclesiæ:	li.	j	Cum moneat dñs & di.
De oratione dominica:	li.	j	Euangelica præcepta.
De uanitate idoloꝝ:	li.	j	Qꝫ idola dij nõ sint.
De uita clericorum:	li.	j	Promiserã quidẽ nobis/
De duobus montibus:	li.	j	Probatio capituloꝝ quæ i.
Ad Antonianũ de Nouato:	li.	j	Accepim⁹ primas lr̃as tuas
De iudæis ad Quirinum:	li.	ij	Iudæos in offensam dei.
Ad Cornelium papam:	epi.	viij	Cognouim⁹ frat' charissime
De alcatoribus:	li.	j	
Ad Iulianum amicum suũ:	li.	j	
Epistolaꝝ ad diuersos:	li.	j	

Sed & alia multa composuisse dicit': quæ ad manus nostras non uenerunt. Libellus de duodecim abusionib⁹ sæculi: Cypriano a plærisq; ascriptus: phrasim ei⁹ nõ redolet. Passus est tandem sub Valeriano: eo die quo Cornelius Romæ: sed non eodẽ anno: Videlicet anno dñi. Ducẽtesimo. xlix. Indictiõe. xij. viij. cal'. octobris.

Ontius presbyter: beati Cypriani auditor atq; discipulus: uir doctus & san
p ctus: & declamator egregius: post magistri sui gloriosum triũphum ueni/
ens in Gallijs apud Cymellam urbem, p fide christi martyrij palmam ade/
ptus est. Hic Pontius sua melliflua prædicatione & industria duos Philippos imperatores ad christũ cõuertit: & primos ex Romanis principib⁹ idolis renũciare p̄suasit. Scripsit etiam eleganti stilo insigne uolumen: Quod continet:

Vitam sancti Cypriani.	li.	j

Claruit sub Philippo imperatore. Anno dñi. Ducentesimo: quadragesimo.

Ionysius Alexandrinæ urbis tertius & decimus episcop⁹: Origenis quon/
d dam auditor atq; discipulus: cũ adhuc esset presbyter: sub Heracla scholã
publicã tenuit: & magnã doctrinæ suæ gloriã acquisiuit. Erat enĩ uir in omni scientia doctissimus: philosophus: rhetor & theologus insignis: qui in Cypriani & Africanæ synodi dogma cõsentiẽs de rebaptiçandis hæreticis: plurimas sup ea re ad diuersos scripsit epistolas: De quarum istæ numero ferunt':

De pœnitentia ad Fabium:	Ep̄la.	j	
Ad Romanos:	epl'.	j	
Ad sanctum Sixtũ papam:	epl'.	ij	
Ad Philemonẽ & Dionysiũ p̄sby.	epl'	ij	
Ad Dionysium papã factum:	epl'.	j	
Ad Nouatianũ hæreticũ:	epi.	j	Dionysius: nouatiano fratri.
Ad Dionysiũ & Didymũ:	epi.	j	
Ad Laodicenses de pœnitẽtia:	epi.	j	
Ad Origenem de martyrio:	epi.	j	

De ordine delictorum:	epi.	i
Ad Alexandrinos de exilio:	epi.	i
De pascha:	li.	i
Ad Heraclã epm in ægypto:	li.	i
De sabbato:	li.	i
Ad Hermanionẽ:	li.	i
De psecutione Decij:	li.	i
Contra nepotem: Chiliasten:	li.	i
Aduersus Sabellium	li.	i
Ad Amonẽ Beniciis epm:	epi.	i
Ad Dionysium papã:	li.	iiij
Ad Thelephorum:	epi.	i
Ad Euphranonẽ:	epi.	i
Ad Armenos de pœnitentia:	li.	i
Canon de pœnitentia:	li.	i
De natura ad Timothæum:	li.	i
De temptationibus:	li.	i
Cõmentarij in Ecclesiasten:	li.	i

Ad Basilidem quoq; plures ipsius ferunt epistolæ. Aduersus Paulũ Samosatenũ insignis eius extat epla: quam paucis ante mortẽ diebus cõscripserat. Alia quoq; p utilitate ecclesiastica multa composuit quæ nos latent. Claruit sub Galba & Volusiano principibus. Anno dñi. CC. LV

Nouatian⁹ Romanæ ecclesiæ presbyter: aduersus Cornelium cathedram episcopalẽ conat⁹ inuadere: cũ nõ posset: primũ in ecclia Romana scisma concitauit: & hæresim nouatianoꝝ constituit: nolens apostatas pœnitẽtes recipe: atq; rebaptiçans rite baptiçatos. Huius erroris auctor Nouatus Cyprianũ presbyter fuit. Scripsit autem

De pascha:	librũ	i
De sabbato:	li.	i
De circumcisione:	li.	i
De sacerdote:	li.	i
De oratione:	li.	i
De cibis iudaicis:	li.	i
De instantia:	li.	i
De Attalo:	li.	i
De sancta Trinitate:	li.	i

Epistolas plures ad diuersos.
Alia insuper nonnulla scripsisse dicit: quæ ad noticiam meã non uenerunt.
Claruit temporibus Philippi imperatoris. Anno dñi. CC. quinquagesimo.

De pugna uitiorum: li. j Multũ honorẽ dedit deus
De accessu ad deũ: li. j Quãdo aliqs in aliq̃ ruinam
De difficultate uirtutũ. li. j Quãlibet uirtutẽ sine la.

Dialogum de pfecta spirituali: li. j		Quo vinculo retinet cor.
De ordine monasticae uitae: li. j		Ex operatiōe uiolēta orit.
De humilitate: li. j		Btūs hō q scit infirmitatē.
De trib⁹ ordinib⁹ proficientiū: li. j		Tres sūt ordines in qbus.
De solitudine monachorum: li. j		Homo multae sollicitudinis
De diuersis temptationibus: li. j		Virtutes inuicē sibi succe.
De informatione nouitiorū: li. j		Hic ē ordo sobrius & deo.
De poenitentia. li. j		Fortitudinē quā posuerūt.
Carmē sup Antiochiae desola. li. j		

Homelias plures ad populū habuit: sed in manus nostras minime uenerūt.

Claruit sub Theodosio iuniore. Anno dñi. CCCC. XL.

Vcherius episcop⁹ Lugdunēsis i Gallia: uir doctus & monachoꝝ discipli
e na a iuuētute imbutus: ingenio prompt⁹ & sermone cōpositus: uita & cō
uersatiōe deo & hominib⁹ grat⁹: qppe q multos & uerbo & exēplo ab ini
quitate auertit: scripsit plura egregia uolumia: sed ad noticiā meā adhuc pauca p
uenerūt. Reperi eni tm ista:

De contemptu mundi: li. j		
Expositiones diuinorū nominū: li. j		Formulas spiritalis intellig.
Ad filios Solonis & Vrani: li. j		
Epitomen Cassiani: li. j		
Epistolas quasdā ad diuersos: li. j		
Ad Hilariū epm de laude here. li. j		

Claruit sub Theodosio iuniore: Anno domini. CCCC. XL.

Ilarius episcopus Arelatensis: ad quē heremi deserta petente: Eucherius
b Lugdunēsis antistes librū edidit de laude heremi: uir doctus in scripturis
diuinis & satis disert⁹ eloquio: cuius merita sanctitatis catholica psonat ec
clesia. Tantae pietatis extitit in pauperes: ut omnib⁹ suis in eorū usus hilariter disp
sis: pater pauperū demceps uocaretur & esset. Scripsit inter caetera satis praecla
ro eloquio praedecessoris sui:

Vitam sancti Honorati epi: li. j

Homelias pene infinitas:

Et quaedam alia.

Claruit sub Theodosio principe iuniore. Anno dñi. CCCC. XL.

Moritur autem sub Valentiniano & Marciano principibus.

Ozimus papa: natione Graecus: sedit in pontificatu post sanctū Innocenti
ç um anno uno: mensibus octo: uir doctus: sanctus & deo dilectus: q uerbo &
exemplo cōmissā sibi strenue gubernauit ecclesiā: p cuius aedificatione
multa eleganter cōstituit: sicut in gestis illius continet. Scripsit p statu ecclesiasti
co ad diuersos. Epistolarū: li. j Ex relatione fratris nostri.
De pascha ad Hilarium: li. j
De sacerdotio ad Esytiū: li. j Exigit dilectio tua praece.

Moritur sub Honorio & Theodosio imperatoribus. Anno dñi. CCCC. XIX.
Indictione. ij. vij. Calend. Iannarias.

Onifacius papa primus hō çoçimo succedēs: praefuit ecclesiae annis trib⁹
b & mēsibus quattuor: uir magnae doctrinae & ad regimē animarū satis ido
neus: q multa p utilitate ecclesiastica cōstituit: quae in canonib⁹ sctōrum
patrū sparsim habent. Scripsit ad aedificationē fideliū: ut ferūt nōnulla opuscula:
De quibus ego tantum reperi:

Epistolarum decretalium: li. j Ecclesiae romanae cui deus

Moritur sub Honorio & Theodosio principibus. Anno dñi. CCCC. XXII.
Indictione quinta. octauo Calend. nouembris.

Roba mulier elegantissima: uxor Adelphi ꝓconsulis Romani: fœmina in
p sæcularibus litteris eruditissima: & diuinarū scripturarū nō ignara: mira/
bili studio feruēs: sexum uicit eruditiōe sua: græcis ac latinis litteris ad p/
fectum instructa: metroq; excellēs & prosa: cum Virgiliū mēte teneret ad uerbū:
cogitauit ex illius uersib⁹ nouū & uetus testamētū describere: & quasi sic ille sen/
sisset suis carminibus demōstrare. Aggressa itaq; fortiter opus mente repositum:
omēs Virgilij libros sollicite pcurrēs: nūc istū: nūc illū uersum: aliquādo dimidiū:
nōnunquā pticulas minores uersuū assumēs: mirabili industria seruata ubiq; men
sura pedū: catholica uolumina poetæ carminibus descripsit: hocq; opus in septin/
gentis ferme uersibus cōportatū prænotauit græco uocabulo.
Virgiliocentonam. li. j Iam dudū temerasse duces
Si quid amplius scripsit: nescio.
Nihilominus hoc opus inter apocrypha cōputat᷑: quoniā & si mulier deuota piū
studiū assumpserit: tamē Virgilius nunq̄ ad christi honorē uel ad fidē nr̄am suos
uersiculos referēdos estimauit. Est em̄ hui⁹ negocij nō ꝓpria sed ficta p Probam
assumpta interpretatio. Claruit autē ut quibusdam placet sub Theodosio mino/
re. Anno domini. CCCC. XXX.
Vdoxia Theodosij iunioris uxor: mulier in christiana religione deuotissi
e ma: & tā in diuinis scripturis q̄ i sæcularib⁹ litteris eruditissima: ab Hieroso
lymis remeās: reliqas sctissimi ꝓtomartyris Stephani secū detulit: & in ba/
silica beati martyris Laurentij honorifice collocauit. Hæc cū doctissima esset: car
mine & prosa excellēs: fertur ad imitationē Probæ uxoris Adelphi: Homeri car/
mina reflexisse ad fidem christianā: titulū similiter præponēs opusculo edito talē:
Homerocentonas. li. j
Sed et ipsum apocryphū est.
Scripsit etiam quædam alia.
Cum sanctus Hieronymus in Epistola quadā se homerocentonas & uirgiliocen/
tonas legisse phibeat: ante eius obitū cōscriptæ sint necesse est.
Claruit cū Theodosio marito: qui sumpsit imperiū Anno dn̄i. CCCC. XXIII.
Rimasius episcopus Africanus: & ut quidā uolunt beati Augustini quon/
p dam discipulus: uir sane in scripturis sanctis eruditus: & disciplinis sæcula/
rium litterarū gloriose imbutus: ingenio subtilis: & eloquio disertus: mul/
ta dicitur composuisse opuscula: quæ apud ueteres magno in precio habebātur:
De quibus ego tantum reperi:
Cōtra hæreses ad Fortūatū epm̄. li. iij
In Apocalypsin Iohis ad Castoriū. li. v De libro apo. bti iohis ad.
Cætera autē quæ cōposuit: ad noticiā meā adhuc nō uenerūt.
Claruit sub Theodosio imperatore secundo. Anno domini. CCCC. XL.
Vnilius episcopus cuiusdā urbis in Africa: nomen autē ciuitatis inuenire
i nō potui: uir certe in sacris scripturis ualde doctus: & in sæcularibus disci/
plinis meo iudicio sufficienter instructus: sensu ꝓfundus: eloquio dulcis &
ornatus: multa dicitur cōpilasse opuscula: sed ego tantū uidi opus insigne qd᷑ scri
psit ad Primasiū supradictū episcopum: quod prænotauit.
De partibus diuinæ legis. li. j Sctō ac btissimo epo Pri.
De cæteris nullum uidi.
Claruit eo tempore quo & Primasius. Anno dn̄i. CCCC. XL.
Roterius episcopus Alexandrinus: uir tam in diuinis scripturis q̄ in sæcu/
p laribus litteris eruditissimus: theologus & cōputista insignis: quē Leonis
augusti temporibus: successores Dioscori hæretici seditione facta auctore
Timothæo crudeliter peremerūt: Ipsumq; Timothæū in locū eius ꝓ alexādrino
episcopo idolum erexerūt. Scripsit inter cætera ad sanctū Leonē papam.

De celebratiõe paschæ:	epl.	iij	
Ad Hilariũ de eadẽ re:	epl.	j	Quoniã sanctitas uña orta.

Epistolas plures ad diuersos:
Et quædam alia.
Claruit sub Leone imperatore: Anno dñi. CCCC.LX.

p
Ascasinus Siciliensis epus: in diuinis scripturis eruditus: & in sæcularibus litteris nobiliter doctus: nõ minus cõuersatiõe q̃ scientia reuerendus: uice beati Leonis papæ magni in Calcedonẽsi concilio præsedisse dicit: in quo una cũ sanctis patrib⁹: numero ducẽtorũ Eutycen: & Dioscorũ hæreticos damnauit. Erat aũt Eutyces presbyter & abbas celeberrimi monasterij Constantinopolitani: qui asserebat christũ deũ tantũ esse & nõ hominẽ: & uaria scripsit ꝓ suo errore: quæ omnia cũ auctore damnata sunt. Pascasinus uero scripsit ad Leonẽ papã:

De quæstione paschali.	epl.	ij	Aplatus uestri scripta dia.
Ad eũdem de fontis miraculo.	epl.	j	Nõ nos dies una longius.
Acta cõcilij Calcidonẽsis:	li.	j	Regulas sctõꝝ p singula.

Claruit sub Theodosio iuniore: Anno dñi. CCCC.L.

l
Eo papa primus: natiõe Tuscus: post Sixtũ tertiũ sedit in cathedra Petri: annos uigintiunũ: uir in diuinis scripturis eruditissimus: & in declamandis homelijs ad populũ adeo celebris & facundus: ut supiorẽ in ecclesia Romana habuerit neminẽ: quod sermones eius clarissimi testabunt. Fuit enĩ ecclesiasticæ dictiõis Tulli⁹: sacræ theologiæ Homerus: rationũ fidei Aristoteles: auctoritatis aplicæ Petrus: & in christiano pulpito Paulus. Eius sermones cor penetrant: afficiunt animũ: fidem catholicã dulci breuiloquio cõfirmãt. Nec mirũ: Ignem diuini amoris gestans accensũ in pectore: quid aliud q̃ uerba ardẽtia loqueret? Scripsit aũt plura opuscula. De quibus ego tantũ reperi subiecta: uidelicet:

Cõtra Eutycen presbyterũ:	li.	ij	Sicut peritorũ dilectissimi.
De symbolo Niceno:	li.	j	Credimus in unũ deum.
Ad Leonẽ augustũ testioniorꝝ:	li	j	Vnũ igitur hoc immobile.
Ad inquisitiões Ianuarij epi:	li.	j	Nulla ratio finit ut inter.
De passione dñi: homel. 24.	li.	j	Semp quidẽ dilectissimi.
Homelias multas ad populũ:	li.	j	Multis diuinarũ scriptura.
Ad Flauianũ epm cõtra Eutycẽ:	li.	j	Lectis dilectionis tuæ lrĩs.
Ad Leonẽ augustũ cõtra Eutycẽ.	li.	j	Promisisse me memini ue.
Ad Turibiũ epm cõtra Priscillia.	li.	j	Q̃s laudabiliter ꝓ catholi.
Ad Rusticũ Narbonensẽ epm:	li.	j	Subditis responsionibus.
Ad Anastasiũ epm Thessal.	li.	j	Quãta fraternitati tuæ a.
Epistolarũ multarũ ad diuersos:	li.	j	Dilectissimo filio euty.

De cæteris nihil reperi.
Moritur tandẽ post multos ꝓ ecclesiastica utilitate labores: sub Leone augusto: Anno dñi. CCCC.LXI. Indictione quartadecima. iiij. Calend. Iulij.

p
Etrus epus Rauennatis: uir eruditus atq; sanctissimus: in uita multis coruscãs miraculis: in declamãdis homelijs ad populũ excellẽtis ingenij fuit multosq; tam uerbo q̃ exemplo ad ueritatis tramitẽ conuertit: multa scripsit pro ædificatiõe fideliũ: De quibus feruntur:

Sermones & homeliæ plures:	li.	j	
Ad Eutycen presbyterũ:	epl.	j	Tristis legi tristes litteras.

Scripsit etiã epistolas alias plures.
Claruit sub Marciano augusto: Anno dñi. CCCC.L.

f
Lauianus epus Constantinopolitanus: ad quẽ btũs Leo papa multas scripsit eplas: uir quidẽ erudit⁹: & catholicæ unitatis amator præcipuus: q Eutycen presbyterꝝ & Archimandritã: impie de christi humanitate sentien-

tem: deposuit & excõmunicauit: sicut in quadam epl'a præfato papæ Leoni missa testat': multa ꝓ hæresum extirpatione patrauit & sustinuit. Scripsit græco sermone quædã nõ cõtemnenda opuscula: De quibus feruntur:

Acta cũ Eutyce presbytero:	li.	j	
Contra eiusdẽ errores:	li.	j	
Ad Leonẽ papã de eodẽ:	epl'.	j	Nulla res diaboli uenena.
Epistolarũ ad diuersos:	li.	j	

Et nõnulla alia quæ nescimus.
Claruit sub Theodosio iuniore & Marciano: Anno dñi. CCCC. LIIII.

Ilatius papa: natiõe Sardus post Leonẽ magnũ sedit in pontificatu annis
b sex: mensibus totidem: uir in scripturis diuinis doctissimus: & multarũ uirtutũ decore insignis: qui elemosynis & sanctis operib' iugiter intẽtus: nõ sine magna sanctitatis opiniõe refulsit. Hic Romæ synodo quiquaginta epõꝝ habita: nõnulla cõstituit ꝓ ecclẽiastica honestate. Scripsit aũt quædã necessaria opuscula: De quibus ego tantum reperi:

Decretum synodale.	li.	j	Quoniã religiosus sp̃ũsan.
Ad epõs Terraconeñ. ꝓuinciæ:	epl'.	j	Postquã litteras uestræ.
Ad Ascaniũ Terraconeñ. epm:	epl'.	j	Diuinæ circa nos gratiæ.
De cõcilio Niceno:	epl'.	j	
De cõcilio Ephesino:	epl'.	j	
De concilio Calcidonẽsi:	epl'.	j	
Epistolarũ ad diuersos:	li.	j	

Moritur sub Leone augusto: Anno dñi. CCCC. LXVIII. Indictiõe sexta Nona Calend' Marcij: cui Simplicius successit.

Vsebius epũs Mediolanẽsis: in scripturis sanctis ualde eruditus: & sæcula
e riũ litterarũ nõ ignarus: beatissimo põtifici Leoni & familians & dilectus: ꝓ fide sancta catholica cõtra hæreticos fortiter pugnãs & scribẽs. Fert' nõnulla ad ædificationẽ fideliũ edidisse opuscula: sed ad noticiã meã non uenerunt. Vidi eñ unã eius dumtaxat epistolã: quã in causis fidei scripsisse dicitur:

Ad sanctum Leonẽ papã.	epl'.	j	Reuersis dño annuẽte fra.

Claruit sub Marciano imperatore: Anno dñi. CCCC. L.

Sclepius afer: Vagẽsis territorij epũs: uir studiosus & eruditus: homelia
a rum ad populũ declamator egregius: & hæreticorũ expugnator acerrimus: multa uolumina scripsit ad ædificationẽ populi: quorũ editione gloriosus in omni terra nominatus ẽ: quippe qui nõ tantũ uerbis sed & opibus se doctorẽ utilẽ plæbi exhibuit. Aetatẽ eñ suã multi eruditissimi uiri clarã reddiderũt. De cuius scriptis feruntur:

Aduersum donatistas:	li.	ij
Aduersum arrianos:	li.	j
Homeliæ infinitæ ad populũ:	li.	j

Et alia multa nobis incognita.
Claruit sub Theodosio iuniore: Anno dñi. CCCC. XL.

Rosper epũs Reginẽsis: post Fauentiũ: natiõe Aquitanicus: uir in diuinis
p scripturis eruditissimus: & in sæcularibus litteris nobiliter doctus: carmie excellẽs & prosa: eloquio disertus: sensu ꝓfund': ingenio subtilis: assertione neruosus: uita & cõuersatiõe sanctissimus apparuit. Hic beati Leonis papæ magni quõdã notari' fuit: & multas in eius ꝑsona epl'as dictauit. Scripsit etiã de sua uena multa præclara opuscula. De quibus ego tantũ reperi subiecta. Ex sententijs beati Augustini epi uersibus hexametris & pentametris: mixtum prosa: op' pulcherrimũ quod prænotare uoluit.

Epigrammata:	li.	j	Dum sacris mentẽ placet.

De uita cōtemplatiua: li. iij Cōtemplatiua uita in qua.
De libero arbitrio: j Dño fratri dilectiss. Rufi.
Ad capitula Gallorum responsiōes: li. j Doctrinā quā sanctæ me.
Ad obiecta Vincentianorum. li. j Quidā christianæ ac fra.
Ad excerpta Genuensiū: li. j In libris beatæ memoriæ.
Summā grandē. 350. positionū: li. j Scientia uera est quæ nec.
Contra Cassianū de libe. arbi. li. j
Chronicon historiarū: li. j
Epistolarū ad diuersos: li. j
De illustribus uiris. li. j
De captiuitate Romæ: li. j

Alia insuper nōnulla scripsisse dicitur: sed ad manus nostras nō uenerūt.

Claruit temporibus Leonis imperatoris magni: Anno dñi. CCCC. LX. Cuius festum celebratur: septimo Calend' Iulij.

V ictor Cartenne Mauritaniæ ciuitatis eps: in scripturis sanctis doctus & declamator sermonū egregius: hæreticorum psecutor insignis: mlta dicit cōpilasse uolumina: in quibus & populū erudiuit deuotū: & errātes circa fidē fortiter cōtriuit: De quorū numero ista feruntur:

Aduersum arrianos: li. j
Aduersum donatistas: li. j
Ad Basiliū cōsolatorius: li. j
De pœnitentia quoq;: li. j
Homeliarū ad populū: li. ij

Alia quoq; nō pauca edidit: quæ ad noticiā meā nō uenerunt.

Claruit sub Marciano augusto: Anno dñi. CCCC. L.

V ictorinus natiōe Aquitanicus: uir in diuinis scripturis admodū studiosus: & in sæcularibus litteris eruditissimus: dicit quædam sui ingenij reliquisse opuscula: quæ ad noticiā meā adhuc minime uenerunt. Hic iubente papa Hilario scripsit ꝓ inueniendo termino paschali:

Cyclū magnū annorum. 532. li. j

Hic dicit magnus cyclus annorum. D. xxxij. quibus euolutis oēs supputatiões lunų/ nariū in idem redeūt: quē Dionysius abbas emendauit postea: & usq; in hanc nostrā ætatē: licet in aliquibus defecerit: tamē pseuerat. Scripsit etiam Victorinus iste quasdā epistolas. Claruit sub Leone impatore: Anno dñi. CCCC. LX. & scripsit cyclum suum sub Hilario papa: Anno eius tertio.

P etrus Edissenæ ecclesiæ presbyter: i scripturis sanctis doctus & exercitatus nim & ingeniū declamandi homelias ad populū nactus excellentissimū: adeo ut suis temporibus secundū nō haberet. Scripsit Syro sermone multa præclara uolumina: De quibus ad noticiā meā solis titulis paucissima uenerunt:

In Psalmos cōmentarij: li. j
In psalmos etiā metro lusit: li. j

Homelias ad populū dictauit: & habuit pene infinitas: quæ apud nos raro inueniūtur. Sed neq; tractatuū eius nobis certus est numerus.

Claruit sub Marciano imperatore: Anno dñi. CCCC. L.

F austus epus prouinciæ Gallicanæ: uir in diuinis scripturis doctus & in sæcularibus litteris sufficienter eruditus: ingenio subtilis & acer: cōtra hæreticos uenia cū scribēdo: tum disputādo multotiens certauit. Vnde rogatus a Secūda quadā christo dicata uirgine: scripsit insigne & memorabile uolumē:

Contra Marcionē & Valentinū: li. j
Contra Ennomiū & Etium: li. j

Alia quoq; nōnulla edidit: sed ad noticiā meā nōdum uenerunt.

Claruit sub Theodosio iuniore: Circa annos dñi. CCCC. XL.

Rufinus monachus: in diuinis scripturis eruditus & litterarum humanitatis nõ ignarus: ingenio subtilis & cautus eloquio: multos ad utilitatẽ fideliũ tractatus cõposuisse dicitur: sed nihil eorum ad manus nostras usq; memini peruenisse. Fertur aũt eius opus insigne cõtra eos qui rebaptiçant semel rite baptiçatos: cuius titulus est:

De nõ rebaptiçãdis hæreticis: li. j

Claruit ut reperi sub Theodosio iuniore: Anno dñi. CCCC. XL.

Iulianus eps ecclesiæ Tholetanæ hispaniarum: natiõe Maurus: ad quẽ sctũs Prosper tres libros de cõtemplatiõe scripsisse dicitur: uir i diuinis scripturis ualde eruditus: & sæcularibus doctrinis sufficiẽter instructus: eloquio scholasticus: sensu aptus. Scripsit multa insignia uolumina. De quibus referũtur subiecta:

De sancta uirginitate: li. j
De natura animæ: li. viij
De resurrectiõe quæstionũ: li. j
De cõtemptu mundi: li. j
Pronosticon futuri sæculi: li. iij Nascẽtis fidẽ ecclesiæ testi.
De uitijs & uirtutibus: li. j
Epistolarũ ad diuersos: li. j

Alia quoq; nõnulla cõposuisse dicitur: quæ ad noticiã meã nõ uenerũt.

Claruit sub Marciano imperatore: Anno dñi. CCCC. L.

Victorianus buconius: Castellianæ urbis Mauritaniæ eps: uir i diuinis scripturis iugi studio exercitatus: & sæcularium litterarum disciplinis nõ mediocriter doctus: hæreticorum malleus fortissimus: & fideliũ populorum doctor egregius: multa dicitur pro tutatiõe fidei catholicæ scripsisse opuscula. De quibus præcipua ferũt ista:

Aduersum iudæos: li. j
Aduersũ arrianos: li. j
Aduersum oẽs hæreticos: li. ij
De sacramẽtis quoq;: li. j

Claruit sub Marciano imperatore: Anno dñi. CCCC. L.

Musæus presbyter ecclesiæ Massyliẽsis: uir i diuinis scripturis eruditissimus: & in earũ sensibus subtilissima exercitatiõe limatus: lingua scholasticus & nitidus: hortatu scti Venerij epi: de scripturis sctis excerpsit lectiões & responsoria singulis diebus festiuis totius anni apta: psalmosq; ordinauit singulis aptos tpibus in ecclesia decantãdos. Scripsit etiã ad Eustasiũ episcopũ egregiũ opus:

Sacramentorũ: li. vij
Homelias plures ad populũ:
Et quædam alia.

Claruit sub Marciano & Leone principibus: Anno dñi. CCCC. XL.

Vincentius presbyter natiõe Gallus: in diuinis scripturis multũ exercitatus: linguã habẽs usu loquẽdi: & maiorum lectiõe politã: sæculariũ quoq; litterarum non ignarus. Scripsit: ut refert Gennadius noster: opus egregiũ: & deuotis uiris maxime amplectendum:

In psalmos cõmentarios: li. j
Et quædam alia.

Claruit sub Marciano imperatore: Anno dñi. CCCC. L.

Cyrus genere Alexandrinus: arte medicus: ex philosopho monachus pro christi amore factus: uir in sæcularibus litteris eruditissimus: dicẽdi peritia insignis: In scripturis suis syllogismis magis utẽs q̃ auctoritatibus diuinarum lectionũ: dũ aduersus Nestorẽ nimis inuehitur. Timotheanũ dogma fouere prohibetur: ambiguusq; sui suspẽdit animũ a cõsensu cõcilij Calcedonẽsis: nec acquiescẽdũ putat: filiũ dei post incarnationẽ duabus cõstare naturis. De scriptis aũt eius fertur:

Aduersus Nestorẽ: li. j

Aduersū hæreticos:	li.	j

Claruit sub Leone augusto: Anno dñi. CCCC.LX.

Aluian⁹ Massilieñsis ecclīæ p̄sbyter: uir in diuinis scripturis eruditissimus:
f & in sæcularib⁹ litteris sufficienter instructus: ep̄orū sui tp̄is magister: scri/
psit sermone scholastico & aperto multa & uaria opuscula: de quib⁹ subie
cta feruntur. Ad Claudiū ep̄m Vienneñsem plures scripsit ep̄las sale sapiæ cōditas:

Ad Marcellū presbyterū.		
De bono uirginitatis:	li.	iij
Aduersus auariciā:	li.	iiij
De præsenti iudicio:	li.	v
Ad Solonū episcopū.	li.	j
Ad Claudiū Vienneñ. ep̄m:	li.	j
In principiū Genesis hexamerō:	li.	j
In extremā p̄te ecclesiastes:	li.	j
Epistolarū ad diuersos:	li.	j
Homelias ad ep̄os factas:	li.	j
De sacramentis quoq;:	li.	j
Homelias plures ad populū:	li.	j

Alia quoq; multa edidit: quæ ad noticiā meā minime uenerunt.
Claruit sub Zenone imperatore: Anno dñi. CCCC.LXXX.

Amuel Edisseñ. ecclīæ p̄sbyter: in diuinis scripturis iugi exercitatiōe do/
f ctus: homeliarū ad populū declamator egregi⁹: græco & syro sermone pi/
tus: clarnit primū Edisse: postea ad Cōstantinopolim ueniēs: ibidē in ma/
gno p̄cio habit⁹: diē clausit extremū. Scripsit tam græco q̄ syro sermone pene infi
nita opuscula. De quib⁹ ad noticiā meā paucissima puenerūt. Reperi em̄ tantū:

Aduersū Nestorianos:	li.	j
Aduersū Eutycianos:	li.	j
Aduersū Timothæanos:	li.	j

Claruit sub Zenone augusto: Anno dñi. CCCC.LXXX.

Ennadi⁹ Cōstantinopolitanæ urbis ep̄s: uir in diuinis scripturis erudit⁹ &
g sæcularium līaꝝ nō ignar⁹: ingenio subtilis: & disertus eloquio: scripsit græ/
co sermone nōnulla in sacris uolumibus opuscula: sed in man⁹ nr̄as mini/
me puenerūt. Fuit em̄ homeliarū declamator egregi⁹: & nō minus uira q̄ scia scri/
pturarū insignis. Fertur autē inter cætera opus eius cōmentatiorū instructum:

In Danielē ,p̄phetā:	li.	j
Homeliæ multæ ad populū:	li.	j

Moritur sub Leone imperatore primo qui imperauit: Anno dñi. CCCC.LX.

Laudius ep̄us Viennēsis: ad quē Saluian⁹ p̄sbyter librū unū cōposuit: uir
c in diuinis scripturis doctus: & in sæcularib⁹ litteris eruditissimus: nō min⁹
scītate q̄ scia clar⁹ tp̄ib⁹ suis emicuit: q. ppter frequētes terremot⁹ letanias
primus instituit: quas Romana eccl̄ia deinceps cōtinuādas suscepit. Scripsit aūt:

De statu animæ:	li.	iij
Epistolarū quoq;:	li.	j

Et quædā alia. Claruit sub Zenone imperatore: Anno dñi. CCCC.LXXX.
Et ne quē Claudij nomē offendat ignarū: nouerit eundē dici Mamertum.

Idonius ep̄us Auernorū: in diuinis scripturis doctus: & in disciplinis sæcu/
f lariū līaꝝ suo tp̄e oīm opiniōe eruditissim⁹: carmie excellēs & prosa: inge/
nio subtilis & disert⁹ eloquio. Scripsit tā metro q̄ soluta orōne multa præ/
clara opuscula: De quib⁹ ego tantū reperire potui ea quæ subieci: uidelicet:

Pangericū Anthemio augusto:	li.	j	Auspicio & numero fa.
Pangericū Iulio ualerio:	li.	j	Concipe prætentos.

Pangericũ ſocero ſuo:	li.	j	Phœbe peragrato tandẽ.
Ad Fœlicem:	li.	j	Dic dic quod peto magne.
Epithalamiũ Ruricio & Hiberiæ:	li.	j	Inter cyaneas eptera.
Epithalamiũ Polemio:	li.	j	Forte ꝓcelloſi remeans.
Eucbariſticon ad Fauſtũ:	li.	j	Phœbũ & ter ternas.
Epigrammatũ quoq;:	li.	j	Quattuor ante dies.
Ad Pontiũ leontiũ burgi:	li.	j	Biſtonij regis ſtabulũ.
Laudẽ Narbonẽſis urbis:	li.	j	Salue narbo potens.
Epiſtolarũ ad diuerſos:	li.	ix	Diu præcipis dñe maior.

Scripſit & alia mlta breuia quidẽ ſed ſatis erudita ſyntagmata: quorũ titulos cõpẽdij amore tranſiui. Claruit tpib⁹ Zenonis auguſti: Anno dñi. CCCC. LXXX.

f Implicius papa: natiõe Tyburtin⁹ poſt ſctm̃ Hilariũ romanæ & uniuerſali ecclesiæ præfuit annis quidecim: uir doct⁹ & ſctũs: q nõ tm̃ ſimplex iuxta nomẽ ſuũ: ſed & rect⁹ apparuit: recedẽs a malo ac timẽs deũ: ecclĩas multas nimia uetuſtate collapſas inſtaurauit: ſtatuta chriſtianæ reipublicæ neceſſaria edidit: & ad ædificationẽ fideliũ nõnulla cõſcripſit. De quibus legi tantũ:

Ad Iobãnem rauẽnatis epm̃:	epi.	j	Si qs eſſe intuitus eccle.
Ad Florentiũ & Equitiũ epos:	epl̃.	j	Relatio nos ueſtræ dilecti.
Ad Seuerũ epm̃:	epl̃.	j	

Sed & alias multas & ualde utiles ſcripſit eplãs: quas nõdũ uidi. Morit̃ ſub Zenone auguſto: Anno dñi. CCCC. LXXXIII. Indictiõe ſexta. vj. nonas Marcij: relatus in ſanctos.

f Eruuſdei cuiuſdã ecclesiæ epus: nomẽ urbis inuenire nõ potui: uir in diuinis ſcripturis iugi exercitatiõe doct⁹: & ueterũ lectiõe diues: ingenio ſubtilis: aptus eloquio: fert̃ nõnulla cudiſſe opuſcula. De qbus extat uolumẽ ſacris ſcripturis inſtructũ: cõtra eos q dicũt chriſtũ in hac uita degentẽ nõ uidiſſe carneis ſuis oculis prẽm: cui⁹ opis prænotatio eſt:

Q filius uiderit patrẽ:	li.	j

Alia etiã quædã ſcripſit.

In hoc ope oſtendit ꝙ fili⁹ dei etiã ex hora cõceptiõis ſuæ in utero uirginis Mariæ de ſpũſctõ: carnalib⁹ oculis ſuis deũ prẽm uiderit ſemp & deinceps & nunc carne ueſtit⁹ hũana. Claruiſſe dicit̃ ſub Leone impatore: Anno dñi. CCCC. LXXX.

n Ictor epus Capuan⁹: in ſcripturis ſctis erudit⁹: & in ſæcularib⁹ litteris ſufficienter imbut⁹: theolog⁹ & cõputiſta egregi⁹: acer ingenio: eloquio clarus: in ſacris uolumib⁹ fert̃ nõnulla ſcripſiſſe opuſcula: ſed pauciſſima eorũ ad noticiã meã puenerũt. Redarguit errorẽ Victorij aquitanici: q iubẽte Hilario papa: ſcribens cyclos paſchales docebat eſſe celebrandũ paſcha. xv. Calend̃ Maij in anno dñi. CCCC. LV. qđ rectius erat celebrandũ eo anno. vij Calend̃ Maij. Scripſit ergo hac occaſione ſuborta:

De paſcha:	li.	j
Vnũ euangeliũ ex quattuor:	li.	j

Claruit ſub Zenone auguſto: Anno dñi: CCCC. LXXX.

c Erealis eps African⁹: uir in diuinis ſcripturis ualde peritus. & ſæculariũ diſciplinarũ ñ ignar⁹: rogat⁹ a Maximino arrianorũ epo ſi poſſet paucis diuinæ ſcripturæ teſtimonijs abſq; diſputatiõis dũtaxat aſſertiõe cõſubſtantialitatẽ pr̃is & filij & ſpũſſancti aſſignare: Reſpondit nõ paucis ut irridens ille petierat: ſed multis utriuſq; inſtrumẽti teſtimonijs opus inſigne componendo:

Aduerſũ arrianos:	li.	j

Scripſit etiã alia. Claruit tpibus Leonis imperatoris: Anno dñi. CCCC. LX.

i Obãnes Antiochenæ ecclesiæ p̄ſbyter: in ſcripturis ſctis ueterũ lectiõe diues: cũ apđ Antiochiã aliquot ãnis docuiſſet grãmaticã: cœpit clericũ uelle profiteri: factuſq; ſucceſſiõe legitima p̄ſbyter: ad diuinas lectiões ſe cõ-

tulit: qbus doctior effectꝰ: tantũ in declamãdis homelijs ualuit φ similẽ suo tpe oe mioẽ haboerit. Scripsit satis instructum uolumeo:

Cõtra timotheanos: li. j
Homelias plures ad popnlũ: li. j
Et alia mnlta Claruit Zenonis augusti tpibus: Anno dñi. CCCC. LXXX.

t Heodolus p̃sbyter natione Italus: oir in diniois scripturis eruditꝰ & in sæcularibꝰ litteris oobiliter doctꝰ: ueniẽs de Italia in Cœlesyriã: ibidẽ p̃sbyter & taodẽ ep̃us ordioatꝰ memorat: multaq; scribens & cõpooẽs: nomẽ suũ transmisit ad posteros. De cuiꝰ opusculis ego taorũ reperi *Opus metricũ de miraculis ueteris testamẽti & fabolis poetaꝝ*: cui titulũ imposnit:

Eglogarum: li. j Aethiopum terras.
De cõsonantia scripturarũ: li. j
De cæteris nihil reperi.
Claruit Anno dñi. CCCC. LXXX. sub Zenone augusto: sub quo & moritur.

e Vgenius ep̃us Carthaginẽsis in Africa: uir doctꝰ & sctũs: trioitatis iodiuiduæ cõfessor publicus: multas ab arrianis iniurias sustinuit: sub Huoerico rege Vuandalorũ: q post Gensericũ prẽm suũ christianos p̃sequebatur in Africa. Nam cũ alijs ep̃is mitis: linguis abscisis: in exiliũ missus fuit. Scripsit aũt plena fidei & eruditiõis nõnulla opuscula: De qbus subiecta feruotur:

Expositio fidei catholicæ: li. j
Altercatio cũ arrianis habita: li. j
Apologeticus pro fide: li. j
Ad ecclesiã suã dũ io exiliũ pge. epl. j
Alia oihilominus scripsisse dicit: sed ad noticiã meã non tienerunt.
Claruit temporibus Augusti Zenoois: Anno dñi. CCCC. LXXX.

f Elix papa tertiꝰ natiõe Romaous: post sanctũ Simpliciũ pontificẽ sedit in cathedra Petrianois octo: uir bonꝰ: doctꝰ & sctũs: qui çelo fidei accensus: Petrũ & Achaciũ eutyciaoos ep̃os damnauit relegãs in exiliũ. Hic ob eã rem synodũ Romæ celebrans: multa ad ecclĩasticã otilitatẽ cõstituit: & scripsit:

Decretũ synodale: li. j Flauio boetio. mi. cõo.
Epistolas decretales plures: li. j
Moritur sub Anastasio imperatore: Anno dñi. CCCC. XCIII. Indictiõe prima.

g Ennadius Massiliẽsis ecclesiæ p̃sbyter: oir in diuinis scripturis eruditissimꝰ & sæculariũ lraꝝ nõ ignarus: græco simul & latino ad p̃fectũ iostructꝰ eloqoio: multa cõscripsit opnscula: & de græco in latinũ sermonẽ oon pauca uolnmia antiquoꝝ patrũ traduxit. De suis aũt scriptis ipse p se in fine illustriũ uirorum subiecta recensuit:

De fide sua ad Gelasiũ papã: li. j
Aduersus Nestorium: li. vj
Aduersus Eutycen: li. xj
Aduersus Pelagium: li. iij
Aduersus omnes hæreses. li. viij
De illustribus uiris: li. j Iacobus cognomẽto sapi.
De hæresi mille aonorũ: li. j
Scripsit hæc & alia quædã: sed ad noticiã meã oecdum oenerũt. Claruit sub Anastasio imperatore: Anno dñi. CCCC. XC.

g Elasius papa primꝰ: natiõe Afer: sedit post Fœlicẽ in põtificatu annis quattuor: uir sanctꝰ & in diuinis scripturis eruditissimꝰ: mox inito põoficio mutoere: manichæos quos in urbe reperit in exiliũ misit: & libros eoꝝ apnd Basilicã sanctæ Mariæ maiorẽ pnblice cremauit. Multa p ecclesiastica utilitare cõstituit: & plurima cõtra hæreticos scripsit: De cuius opusculis subiecta feruotur:

Decretū synodale: li. j Necessariarū rerū dispo.
Contra arrianos: li. ij
Contra Eutycē & Nestorē: li. v
Hymnorū instar Ambrosij: li. j
Epistolarū ad diuersos: li. j
Orationes plures & graues:
Et quædā alia. Gradalia: Alleluia & Tract⁹ cū præfatiōib⁹ ad missā cōgruētes ordinauit: & libros sctōꝝ pm̄ autēticos ab apocryphis sequestrauit: sicut habetur dis. xv. Sctā ro. Moritꝰ imperāte Anastasio augusto: Anno dñi. CCCC. XCVI.

Faustus ex abbate Liriuēsis monasterij: epūs Regiensis in gallia: uir quidē doct⁹ & eloquēs: sed Pelagiano errore fœdat⁹: unde & opuscula eius inter apocrypha cōputāt: sicut patet. xv. dis. Sctā romana. Tādē a btō Fulgentio Ruspensi epō correptus & emēdatus: errorē deseruit: & ad ueritatē catholicæ fidei reuersus est: in cuius rei argumētū egregiū uolumē edidit cōtra pristinos errores: quod de gratia dei prænotauit. De cuius opusculis feruntꝰ. Idem uolumen:

De gratia dei: li. j
Aduersū arrianos: li. j
Cōtra anthropomorphitas: li. j
De spiritusancto: li. j Fides catholica in uniuer.
Ad Gratū diaconū cōtra Nesto. li. j
Ad Fœlicem præfectum: li. j
Homeliæ plures ad ppl'm. Claruit sub Anastasio imperatore: Anno. CCCC. XC.

Fulgentius epūs Ruspensis in Africa: uir in diuinis scripturis eruditissimus & in sæcularibus litteris nobiliter doctus: ingenio subtilis: sensu ꝓfundus: eloquio dulcis: disert⁹ & nitid⁹: ad docēdū facilis: ad arguēdū acer: ad persuadēdū idone⁹ atq; mitissim⁹ fuit: q̄ nō min⁹ uitæ sanctimonia: q̄ sciētia scripturarū clarissimus effulsit. Scripsit multa egregia uolumina. De quibus subiecta feruntꝰ:

De gratia dei & libero arbitrio: li. vij
De sancta Trinitate: li j
De ueritate prædestinationis: li. ij
De remissione peccatorū: li. ij
Altercatio cū Trasemūdo rege: li. j
Regula ueræ uitæ: li. j
De prædestinatiōe ad Monimū. li. iij Lrā tuæ filii charissime.
Ad Ferrandū diaconē: li. j Epl'a tua sctē frater & cōdi.
De cōtinētia cōiugali: li. j Epl'am tuā sanctæ sollicitu.
De uirginitate ad Probā: li. j Spiritali desiderio atq; in.
De oratione ad eandē: li. j Dñæ in christo plurimū.
De charitate ad Eugipiū abbatē: li. j Vtinā sancte frater tanta.
De pœnitentia ad Venantiā: li. j Sicut uera lux nullatenus.
Ad Theodorū senatorē: li. j Vt ignotus corpore uide.
Ad Gallam uiduā: li. j Ante mēses aliquot diaco.
De fide ad Donatū: li. j
De mysterio mediatoris: li. iij
De sacramēto incarnationis: li. j
Epistolarū ad diuersos: li. j
Sermonū multoꝝ: li. j
Homeliæ quoq; innumerabiles: li. j
Quæstionū diuersarū: li. j
De Adam siue a Abel sine b &c. li. j
Mitologiarū ad Catū pr̄sbyterū: li. iij Quāuis inefficacē petat.
De obstrusis sermonibus: li. j Ne de tuorū præceptorū.

Virgilianæ cõtinẽtiæ moraliq. li. j Expetebat qdem leuitarũ.
De immẽsitate filij dei: li. j
De passione dñi: li. j

Sed & alia mlta scripsisse dicit̃: quæ ad noticiã meã nõ uenerũt. Erat eñ tam græco q̃ latino sermone magnifice imbutꝰ. Notandũ uero ꝙ libri de Adam sine a titulus ẽ. Liber sine litteris: scilicet de Adam sine a: de Abel sine b. de Cain sine c. & sic de cæteris secundũ cõsequẽtiã lrãꝝ. In libro aũt cuiꝰ titulus est. Expositio Virgilianæ cõtinẽtiæ secũdũ philosophos morales: mirabili industria aurũ i luto: ut ita dicã quæsiuit: & inuenit: dum opꝰ poetæ ad physicã ratione inclinamt. Scripsit hoc opus ad quendã diaconũ. Aliud uero mitologiarũ ad Catũ p̃sbyterũ Carthaginẽsem: & de obstrusis antiquorũ sermonibꝰ ad Calcidiũ grãmaticũ: iam senem: cum ipse adhuc iuuenis esset: & lrãꝝ hũanitatis scholæ doctor & rector. Claruit tẽporibus Trasemundi regis Vuandaloꝝ: catholicas ecclesias p̃sequẽtis: sub Anastasio imperatore: Anno dñi. Quingentesimo.

f Erraudus diaconꝰ ecclesiæ Carthaginẽsis: ad quẽ sancti Fulgentij supradicti nõnulla extant opuscula: uir in diuinis scripturis & studiosus & eruditꝰ: & nõ minus sctitate cõuersatiõis: q̃ doctrina uenerabilis: Fert̃ quædã uiuacis ingenij cudisse uolumia: de quibus ad noticiã meã subiecta tantũ p̃uenerunt:

Ad Regiuũ comitẽ:
De. vij. regulis innocentiæ: li. j Socialis uitæ laboribus ex.
Ad sanctũ Fulgentiũ: epl̃. j
Epistolarũ ad diuersos: li. j

Claruit cũ Fulgentio: sub Anastasio imperatore: Anno dñi Quingentesimo.

a Nastasiꝰ papa secũdus: natiõe Romanꝰ: sedit post sctm̃ Gelasiũ pontificẽ anno uno: mẽsibꝰ decẽ: uir quidẽ eruditꝰ: sed ab Achacio Cõstantinopolitano epõ seductꝰ: nõ diu post debitas luit pœnas erroris. Cũ eñ necessitati naturæ uellet obsequi: intestina cũ fæcibꝰ a deo p̃cussus miser effudit: ut patet. xix dis. Anastasius. Et hic infamis papa secũdus fuit. Scripsit ad Anastasiũ imp̃atorẽ.

De pace ecclesiæ: epl̃. j Exordiũ pontificatus mei.

Alias quoq; fert̃ scripsisse epl̃as: sed i manꝰ nrãs ñ uenerũt. Morit̃ diuino iudicio p̃cussus: cũ Achaciũ Cõstantinopolitanũ epm̃ ab eccl̃ia dãnatũ & eiectũ ab exilio reuocare occulte uoluisset sub Anastasio augusto: Anno dñi. CCCC. XCVIII.

p Ascasius Romanæ ecclesiæ diaconꝰ: uir doctꝰ & sctũs: pater pauperũ: elemosynaꝝ largitioni totꝰ intentꝰ: tantæ uirtutis & sctitatis extitit: ut eiꝰ dalmaticæ attactu dæmoniacũ fuisse curatũ post mortẽ Gregoriꝰ papa scribat in quarto libro Dialogoꝝ. Huiꝰ aiam in pœnis purgatorij uidit sctũs Germanꝰ Capuanꝰ epũs: ob nihil aliud torqueri: nisi ꝙ in electiõe Symmachi papæ: Laurentiũ ipse magis elegerit: & in hac sententia: licet cũ pace: perseuerauerit usq; ad mortẽ. Scripsit Gregorio teste: insigne uolumen: Contra errores græcorũ:

De spiritusancto. li. iij

Et quædã alia. Claruit sub Anastasio imperatore: Anno dñi Quingentesimo.

f Ymmachus papa: natiõe sardꝰ: uir doctus & sctũs: nõ sine discordia partiũ Laurẽtij pontificatũ adeptꝰ post Anastasiũ: sedit ãnis. xv. mẽsibꝰ sex. Homo i paupes clemens & munificus: clerũ dilexit: eccl̃ias ditauit: ex urbe fugauit hæreticos. Habita synodo Romæ centũ uiginti episcoporũ de obiectis criminibus: se canonice purgauit: & Petrum Rauennatis epm̃ cũ suis complicibꝰ in exiliũ trusit. Scripsit quasdã epl̃as & nõ cõtemnẽda opuscl̃a. De qbꝰ ego reperi:

Decretũ primæ synodi: li. j Propter frequẽtes ambitꝰ.
Decretũ synodi Romanæ: li. j Cũ ifti unũ apud btm̃ Petrũ.
Gesta alterius synodi romanæ: li. j Quarta synodus habita ro.
De excessibus clericorũ: li. j Bene quidẽ fraternitas ue.
Epistolarũ ad diuersos: li. j

Moritur sub Anastasio imperatore: Anno dñi Quingentesimo. XV. Indictione.
viij. xiiij. Calend' Augusti. Cui Hormisda papa successit.
Ymmachus patrici⁹: senator & cõsul Romao⁹: socer Boetij: philosoph⁹ &
s rhetor insignis: ac christianæ fidei cultor magnificus: quem Theodericus
rex Italiæ ob suspitionẽ affectatæ libertatis unacũ Boetio apd' Papiá in exi
liũ relegauit: ac nõ post multũ tpis crudeliter iugulauit. Qui cũ eẽt uir eruditus &
eloquẽtissim⁹: ferť nõnulla cõposuisse opuscula. De quibus ego tantũ reperire po
tui uolumẽ quidẽ breue: sed elegans:

Epistolarũ ad diuersos:	li.	j	Nempe derides ꝙ de me.

De cæteris nihil uidi. Moriť imperãte Anastasio: a Theoderico rege Italiæ iter/
emptus apud Rauẽnam: Anno dñi Quingentesimo. XXIIII. Indictione secũda.
Vitus epus Viennẽsis: uir in diuinis scripturis erudit⁹: & in sæcularib⁹ litte
a ris doctissimus: theologus: rhetor & poeta clarissim⁹: q nõ min⁹ uitæ sctita/
te q̃ eruditiõe scripturaꝝ suo tempe in precio fuit. Scripsit tã carmie q̃ so/
luta oratiõe nõ pauca opuscula: sed ad meã noticiã paucissima uenerũt. E quibus
feruntur heroico & eleganti metro cõposita subiecta:

De origine mundi:	li.	j
De peccato originali:	li.	j
De sententia dei:	li.	j
De diluuio mundi:	li.	j
De trãsitu maris rubri:	li.	j
De uirginitate ad Fuscinã sororẽ:	li.	j
Epistolarũ ad diuersos.	li.	ix
Homeliarũ multarũ:	li.	j

Et alia m'lta. Claruit sub Zenone & Anastasio principib⁹: Anno dñi. D.
Odelbertus p̃sbyter: in diuinis scripturis iugi exercitatione doct⁹: & uete
g terũ lectiõe diues: atq; in sæcularib⁹ litteris eruditissim⁹: theologus ꝓfun/
dus: orator clar⁹ & poeta insignis: ingenio subtilis & ornatus eloquio: scri/
psit heroico metro clarissimũ opus ꝑ historias & allegorias elegãtissime currens:
ab initio mũdi usq; ad partũ uirginis. Cuius operis titulus est:

Allegoriæ scripturarũ:	li.	iiij

Sed & alia plura scripsit Claruit ut ferũt tpib⁹ Anastasij augusti: Anno dñi. D.
Vgipius p̃sbyter & abbas: in scripturis sanctis erudit⁹ & in lectiõe librorũ
e scti Augustini singulariter deuot⁹: atq; in litteris sæculariũ artiũ sufficiẽter
instruct⁹: uita quoq; & cõuersatiõe monasticæ institutiõis præclar⁹: ad quẽ
sancti Fulgentij Ruspensis nõnullæ ferũť ep'læ. Scripsit quædã necessaria opuscu
la: De qbus ego tantũ reperi subiecta. Volumẽ grãde capitula habẽs trecẽta ex li/
bris beati Augustini epi deflorauit: ad Probã. Cuius sic incipit

Prologus:	ep'l.	j	Dñæ merito uenerabili.
Liber autẽ sic:	li.	j	Q ad te scripsi honorãde.
Vitã sancti Seuerini monachi:	li.	j	
Regulã monachorũ eius:	li.	j	

Claruit sub Anastasio impatore: secũdũ Honoriũ p̃sbyterũ: Sed secũdũ Sigeber/
tũ tũc claruit sub Tyberio cõstãtino tpib⁹ Pelagij papæ. ij. Anno dñi. D. LXXX.
Enedictus abbas Cassinẽsis primus & fũdator: patria Nursensis: institutor
b & princeps monachorũ occidẽtaliũ: uir sanctissimæ cõuersatiõis: & ꝓphe
tico spiritu illustratus: de cui⁹ ordine multi & eruditissimi & sanctissimi uiri
deinceps claruerũt: infinitos populos uerbo & exẽplo ab iniquitate cõuertit ad
christũ. Ex cui⁹ ordine Romana sedes pontifices habuit decẽ & octo: Cardinales
plusq̃ ducẽtos: Archiep̃os in diuersis eccl'ijs: mille sexcẽtos: Ep̃os quattuor ferme
milia: Abbates insignes: q doctrina & scriptis claruerũt uel uita: quidecim milia se/
ptingẽtos. Canonizatos aũt & sctõꝝ catalogo insertos: ut ueterũ monumẽtis in/

struimur: quidecim milia sexcẽtos. Exceptis illis quorũ in oĩbus bis ad nos noĩa nõ uenerũt. Et de his illustrib⁹ uiris nr̃i ordinis iam quattuor libros speciales cõscripsimus: in q̃bus quorũdã nomĩa &si nõ oĩm signauimus. Sanctus aũt Benedictus scripsit luculento sermone & præcipua discretione:

Regulã monachorũ:	li.	j	Ausculta o fili præcepta.

Habet capitula. lxxiij.

Sub hac regula uiginti ordines militãt: quos in primo libro de illustribus uiris nostri ordinis singulatim exp̃ssimus: quãuis apd̃ nos aliq̃ rari sint. Claruit sub Iustino seniore: Anno dñi Quingentesimo. XXX. Et moritur sicut nõnulli uolũt: Anno dñi. D. XLII. Indictiõe quita: die. xxj. mẽsis Marcij: cũ eẽt annorũ. lxij. sabbato sanctæ paschæ. Sed Marianus scotus cõputista egregius aliter scribit dicẽs sic. Si sanctus pater Benedict⁹ abbas sicut aliq̃ scribũt. xij. Calend̃ aprilis sabbato sanctæ paschæ obijt: Anno dñi. DC. I. uidet̃ obisse. Nisi eñ in anno. XCVI. ante istũ annũ obitus eius nõ habet̃: quia tũc si nat⁹ ualde paru⁹ fuit. Morit̃ ergo sctũs pater Benedictus secũdũ hãc Mariani supputationẽ: ultimo anno Mauricij ĩpatoris: Anno uidelicet dñi sexcentesimo primo: Aetatis suæ plus minusue nonagesimo: Indictione. iiij. xij. Calend̃ Aprilis.

Oetius manlius seuerinus: cõsul ordinari⁹ Roman⁹: philosophus: orator
b & poeta insignis: in diuinis scripturis doctus: & in sæcularib⁹ litteris omniũ
suo tp̃e eruditissim⁹: gener Symmachi patricij fuit: Vir græco & latino copiosissime imbutus eloquio: quippe q̃ multa uolumĩa tam Aristotelis q̃ aliorũ philosophorũ de Attica lingua trãstulerit in latinã: ingenio subtilis: sensu promptus atq̃ catholicus: sermone nec Tullio inferior: quẽ sancti Benedicti constat amicitiã habuisse: & in mõte Cassino cũ Tertullio placidi monachi patre senatore in eius mensa comedisse. Scripsit multa præclara uolumina. De quibus ego reperi subiecta: Ad Symmachum socerum suum Romanæ urbis patriciũ.

De sancta Trinitate:	li.	j	Inuestigatã diutissimæ.
De unitate trinitatis:	li.	j	Quæro an pater & filius:
De duabus naturis in christo:	li.	j	Anxie te quidẽ diuq̃.
De fide ad Iohannẽ diaconẽ:	li.	j	Christianã fidẽ noui ac.
De unitate & uno:	li.	j	Vnitas est qua unaquæq̃.
De Isagogas Porphyrij:	li.	ij	Hyemãtis anni tp̃e in au.
In secundã eiusdẽ editionẽ:	li.	j	Secũdus hic arrepte ex.
In cathegorias Aristotelis:	li.	ij	Expeditis his quæ ad præ.
In perihermenias eiusdẽ:	li.	j	Magna quidẽ libri huius.
In editionẽ eiusdẽ secundã:	li.	vj	Alexander in cõmẽtarijs.
De diuisionibus:	li.	j	Q̃ magnos studiosis af.
De diffinitionibus:	li.	j	Dicendi ac disputandi.
Ad cathegoricos syllog. itrodu.	li.	j	Multa ueteres philoso.
In topicam Ciceronis:	li.	vj	Exhortatiõe tua patrici.
De differentijs topicis:	li.	iiij	Omnis ratio disserẽdi quã.
De syllogismo cathegorico:	li.	ij	Multa græci ueteres pos.
De syllogismo hypothetico:	li.	ij	Cũ in oĩbus philosophiæ.
De hebdomatibus:	li.	j	Postulas ut ex hebdomati.
De arithmetica:	li.	ij	Inter oẽs priscæ auctorita.
De Musica:	li.	v	Oim quidẽ p̃ceptio sensu.
De philosophica cõsolatiõe:	li.	v	Carmia q̃ quõdã studio.
In Geometriã Euclidis:	li.	iij	Quia uero mi patrici. geo.
De disciplina scholariũ:	li.	j	Vestra nouit intentio de.
De locis rhetoricis:	li.	j	
De prædicatiõe p̃tãtis & passi.	li.	j	
Epistolarũ ad diuersos:	li.	j	

Alia quoq; nõnulla scripsisse dicit̃: sed ad noticiã meã non uenerunt.
Morit̃ eodẽ anno quo Symmach⁹ patricius & Iohãnes papa: sub Anastasio impa
tore: iussu Theoderici regis apud Rauẽnam post diuturnũ exiliũ in carcere iugi
latus: Anno dñi Quingentesimo. XXIIII. Indictione secũda. Et sub nomie Seue
rini catalogo sanctorum insertus dicitur.

Ormisda papa: natiõe Campan⁹: post Symmachũ põtificẽ præfuit ecclīæ
b annis nouẽ: uir bonus: doct⁹ & strenu⁹: q Romæ cõgregata synodo: Euty
cianã hæresim damnauit: ac manichæos rursũ pullulãtes: libris errorũ cõ
bustis: in exiliũ relegauit. Scripsit inter cætera ingenij sui opuscula:

Decretũ synodale: li. j
Ad Iustinũ augustũ: epl'. j Interea quæ ad unitatẽ ec.
Ad clericos secũdæ syriæ. epl'. j Lectis litteris dilectiõis ue.
Epistolas plures ad diuersos. li. j

Moritur sub Iustino seniore augusto: Anno dñi Quingentesimo. XXI. Indictiõe
xiiij. viij. Idus augusti. Iohannes successit.

Vodius eps Ticinensis: uir in diuinis scripturis erudit⁹: & sæcularium lrãꝝ
c nõ ignarus: singularis eloquẽtiæ: tã græce q̃ latine: missus ab Hormisda pa
pa Cõstãtinopolim in causis fidei ad Anastasiũ impatorẽ hæreticũ: multis
acceptis iniurijs unacũ socijs ab urbe depellit̃: dicẽte Anastasio: Quid nobis man
data porrigitis: q sub nullius ditiõe sumus: Oportet Romanũ põtificẽ nobis obe
dire: nõ etiã præcipere. Scripsit aũt Euodius ad Symmachũ papam:

De fide catholica: li. j
Et quædam alia.

Claruit sub Anastasio imperatore: Anno dñi Quingentesimo. X.

Ordan⁹ ex monacho eps Gothorũ: uir in diuinis scripturis studiosus: & in
i sæcularibus litteris cõpetẽter eruditus: ingenio mitis & apertus eloquio:
scrutator tẽpoꝝ: & reꝝ gestaꝝ scriptor insignis. Fert̃ quædã præclara cõ
posuisse uolumina: de qbus ad meã noticiã paucissima puenerũt. Reperi eñ tantũ:

Historiarum: li. ij

In quoꝝ primo recẽsuit gesta Romanoꝝ: in secũdo uero originẽ & gesta Gotho
rum usq; ad finem regni ipsorum. Claruit aũt sub Iustiniano impatore: Anno dñi
Quingentesimo. XXX.

Austus monach⁹ & discipulus sanctissimi patris nostri Benedicti: natiõe Ita
f lus: uir scia & moribus uenerabilis: cũ septẽ annoꝝ esset: diuo patri Bene
dicto a pentibus suis fuit oblat⁹: a quo tandẽ post pfectã regularis ꝓpositi
institutionẽ: cũ btõ Mauro missus fuit in galliã ad cõstruendũ cœnobiũ: ubi in ma
gna sanctitate mltis annis cõuersat⁹ mortuo sctõ Mauro ad montẽ Cassinũ reuer
sus est. Petentib⁹ aũt frib⁹: scripsit claro admodũ eloquio ad Bonifaciũ Romanæ
urbis pontificem secundum:

Vitã sancti Mauri abbatis: li. j

Claruit sub Phoca imperatore: Anno dñi Sexcentesimo.

Vstinian⁹ impator magn⁹: Iustini senioris ex sorore nepos: imperauit post
i eũ annis. xxxviij. uir magni & excellẽtis ingenij: locũ iter ecclīasticos scri
ptores merito acquisiuit: q & cõtra hæreticos uolumẽ clarissimũ edidit: &
Romanas leges ampli⁹ q̃ in duob⁹ milib⁹ libris iacẽtes: p man⁹ Iohĩs patricij: Theo
phili ac Dorothei cõsulũ mirabili breuitate correxit. Nã oẽs cõstitutiões principũ
quæ i multis uolumib⁹ habebãt̃: ad duodecim libros redigẽs: Codicẽ appellauit.
Rursũ leges singulorũ magistratuũ & iudicũ: quæ usq; ad duo milia pene librorũ:
ut dixim⁹ erãt extensæ: ad numerũ qnquaginta libroꝝ in trib⁹ uolumib⁹ redigẽs:
Codicem: Digestorum siue Pandectarũ nuncupauit. Quattuor etiã institutionũ
libros composuit: in quibus nucleus legum comprehenditur & exponitur. No
uas quoq; leges quas ipse statuerat: in unum uolumen redegit. Omniũ librorum

itaq; Iustiniani impatoris qui ad nos puenerũt ordo est iste subiectus: uidelicet:
Codex Iustiniani: li. xij Hæc quæ necessario corri.
Digestũ siue pandecta: li. L.
Institutionum: li iiij Imperatoriã maiestatem.
Epitoma legum: li. j
De incarnatiõe dñi cõtra Euty. li. iij
Aduersũ epõs Africanos: li. j
Quis dubitet eũ & alia præsertim epl'as & mi'tas & elegãtes scripsisse: quæ ad ma nus nr̃as nõ uenerũt: Hic tandẽ i senectute sua amẽs & stultꝰ effectꝰ morit': Anno dñi Quingentesimo. LXV. Iudictione. xiij. Iustinus iunior ei successit.

d Ionysius abbas Romanꝰ: cognomẽto ut fert' exiguꝰ: uir certe ingenio & scia magnus atq; clarissimꝰ: in scripturis sctis eruditꝰ: & in disciplina sæcula riũ lrãꝝ nobiliter doctus: græco & latino eloquio clarꝰ: cõputista & calcu lator tempoꝝ egregiꝰ. Scripsit latino sermone nõnulla opuscula: De qbus ego tã tum reperi subiecta: Annorũ. 532.
Cyclum paschalẽ magnũ: li. j
De ratione festi paschalis: li. j Paschalis festi rationẽ q.
De cæteris nihil reperi.
Trãstulit aũt de græco in latinũ: uitã scti Bachomij abbatis: librũ quoq; Gregorij Emiseni de cõditiõe hoĩs: & scripta Protberij Alexandrini epi ad Leonẽ papã. Et quædã alia. Inchoauit aũt cyclũ suũ anno dñi. D. xxxij. q fuit ultimꝰ annus magni cycli paschalis: q semel exactus: in eundẽ semp reuertit'. Claruit ergo sub Iustinia no imperatore magno: Anno dñi Quingentesimo. XL.

f Ecũdus epus Ermianẽsis: in scripturis sctis ueterũ lectiõe & diues & erudi tus: atq; in sæcularibꝰ litteris sufficiẽter doctus. Fert' nõnulla ꝓ ædificatiõe legentiũ scripsisse uolumia. De qbus ad nos tantũ puenit opus grande & eximiũ: elegãti stilo cõscriptũ: & magnis ueterũ auctoritatibus instructum:
Pro defensiõe triũ capituloꝝ: li xij.
Claruit sub Iustiniano imperatore: Anno dñi Quingentesimo. XL.

i Vstinianꝰ epus Valentinꝰ: uir in diuinis scripturis eruditꝰ: & hũanarũ litte rarũ nõ ignarꝰ: de una matre tres frẽs habuit epos Iustũ: uidelicet: Nebri diũ: & Elpidiũ: uiros doctos & eruditos: q uaria cõscripserũt opuscula: quæ tamẽ ad manꝰ nostras minime uenerũt. Ipse aũt inter cætera cõposuit ad quẽdã Rusticum nomine:
De quinq; quæstionibus: li. j
Et quædam alia.
Claruit in hispania sub Iustiniano imperatore: Anno dñi. D. XL.

i Vstus Orgelitanæ ecclesiæ epus: frater præfati Iustiniani præsulis: uir & ipse in scripturis sctis exercitatꝰ & doctꝰ: in exponẽdis diuinis & canoni cis uoluminibꝰ excellẽtis ingenij. Scripsit satis elegãs & cõmẽdabile uolu men scholastico sermone:
In Cantica canticorũ: li. j
Et alia multa.
Claruit cũ fratre suo sub Iustiniano imperatore: Anno dñi. D. XL.

a Prigius ecclĩæ Pacensis hispaniaꝝ eps: in diuinis scripturis doctꝰ: & in sæ cularibꝰ litteris eruditissimꝰ: ingenio subtilis: & lingua disertꝰ: tã gloriose & ꝓfunde sacras scripturas exposuit: ut in eiꝰ cõparatiõe ueteres scripto res nõ exposuisse uiderẽt'. De cuiꝰ opusculis extat insigne uolumẽ subtili sensu & illustri sermone.
In Apocalypsin Iohannis: li. j
In Cantica canticorum: li. j
Alia quoq; multa edidit: quæ ad manus nostras non uenerunt.

Claruit temporibus Theodoti regis Gothorũ: sub Iustiniano impatore magno: Anno dñi Quingentesimo atq;. XXX.

Assiodorus monachus: & abbas Cœnobij apud urbem Rauennatẽsem:
c uir in diuinis scripturis ualde doctus: & in sæcularibus litteris oim suo tem
pore facile eruditissimus: nõ minus sanctitate q̃ scientia clarissimus effulsit.
Hic primũ fuit cancellarius Theoderici regis Italiæ: & senator Rauẽnatis: ac Romanæ urbis cõsul: postea cõtemptis uanis honorib⁹ sæculi ꝓ dei amore monach⁹ factus est. Ex tũc studiũ litterarũ humanitatis ad expositionẽ sanctarũ scripturarũ cõferens: multos elegantissimos tractatus composuit. De cuius opusculis subiecta feruntur: Ex psona tam sui q̃ regis Theoderici scripsit:

Epistolarũ ad diuersos:	li.	xxviij	
De ratione animæ:	li.	j	Cũ iam suscepti operis.
In totũ Psalteriũ:	li.	j	Btũs uir &c̃. Nimis pulch.
Institutionẽ diuinarũ lectionũ:	li.	ij	Cũ studia sæcularium littera.
In Cantica canticorũ:	li.	j	Salomon inspiratus diui.
Institutionẽ sæcularium litterarũ:	li.	ix	Intẽtus nobis est de arte.
Historiã tripertitã cõportauit:	li.	xij.	Vtiliter nimis in capite li.
Catalogũ consulũ Romanoꝝ:	li.	j	
De etymologijs:	li.	j	
Sacerdotem prænotatum:	li.	j	
De Schematibus & tropis:	li.	j	
Memoriale scripturarũ:	li.	j	
De orthographia:	li.	j	
Complexiones in Apocalypsin.	li.	j	
In epistolas canonicas:	li.	vij	
In actus apłorum:	li.	j	

Alia quoq; multa cõposuit: quæ ad noticiã nostræ lectionis non uenerunt.
Claruit temporib⁹ Iustini senioris usq; ad imperij Iustini iunioris pene finẽ: annos habens ætatis plusq̃. xcv. Anno dñi. D. LXXV.

Rator sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ subdiaconus: uir in diuinis scriptu-
a ris exercitatus: & in sæculariũ disciplinarũ litteris nobiliter doctus: carmie
nalẽs & prosa: ingenio subtilis: eloquio clarus & nitidus: scripsit ualde insi-
gne uolumẽ ad Florianũ quendã abbatẽ metro compositũ:

In actus apostolorũ:	li.	ij	Vt sceleris iudæa sui pollu.
Ad Florianũ abbatẽ:	epł.	j	Qui meritis florẽ matu.
Ad Vigiliũ papam:	epł.	j	Mœnibus undosis bellorũ.

Et quædã alia quæ non uidi.

Epľas ad diuersos:	li.	j
Et de potestate ecclesiastica:	li.	j

Et quædã alia. Moriť temporibus Frederici imperatoris primi: Anno domini. Miľ.C.LXXXI. Indictione quartadecima.

c Risolanus ecclesiæ Mediolanẽsis archiepũs: uir in diuinis scripturis eruditissim⁹: & in sæcularib⁹ lřis nobiliť doct⁹: græca & latina eloquẽtia insignis: edidit quædã magnæ auctoritatis opuscula: quib⁹ nomẽ suũ ad noticiã posteritatis cũ glĩa trãsmisit: De quib⁹ ad man⁹ nrãs nullũ puenit. Ferť ei⁹ de spũ san

Cõtra græcos:	li.	j	(cto:
De sancta Trinitate:	li.	j	

Epľæ: sermones: & alij diuersi tractatus: qui mihi incogniti sunt.

b Vgo eterian⁹: natione tuscus: in scripturis sacris oim suo tẽpore doctorų facile doctissim⁹: & in sæcularib⁹ lřis egregie doct⁹: phũs & rhetor facũdissim⁹: græco & latino sermõe ad pfectũ istruct⁹: quẽ tota græcia mirabať scribentẽ: ingenio subtilissim⁹: & disputator nulli secũd⁹. Scripsit multa præclara uolumina tam græce q̃ latine: qb⁹ nomẽ suũ cũ glĩa ad posteros trãsmisit. E qb⁹ ego reperi tm̃ op⁹ quidẽ breue: sed nõ spnendũ de hæresib⁹ q̃s in latinos græci deuoluũt

Ad Ardoinũ cardinalẽ:	li.	j	Diligens prudẽtia tuæ.
De imortali deo:	li.	j	

De cæteris nihil reperi. Claruit temporibus Emanuelis Constantinopolitani imperatoris:apud quem magnæ auctoritatis erat: sub Frederico Romanorum augusto primo:& Alexandro papa quarto: Anno dñi Mill. C.LX.

C hristianus Frederici imperatoris primi archicancellari⁹: natione teutonicus:uir in sæculari litteratura doctissim⁹: eloquēs & industrius:quē suo tēpore orante Itali mirati sunt: diuinarū quoq scripturarū non ignarus: quē Leo tuscus notari⁹ Emanuelis imperatoris græcorū laudib⁹ effert. Scripsit ingenij sui quædā præclara opuscula: De quibus extant Frederici imperatoris primi

Gesta & uita: li. j

Eplas diuersarū: li. j

Orationes & quædā alia.

Claruit sub eodē Frederico primo: Anno dñi Mill. C.LXX.

I Eo natione tuscus: imperialiū epistolarū sub Emanuele græcorū principe magno interpres: uir in diuinis scripturis eruditus: & sæcularū litterarū cultor eximius: græco & latino sermone perit⁹: cuius officiū erat eplas missas imperatori uel alijs mittendas de lingua transferre in linguā. Edidit quædā præclara uolumina quibus nomē suum etiā ad posteritatis noticiā transmisit. E quibus ego legi dūtaxat opus egregium quod prænotauit:

De præuaricationib⁹ græcorū: li. ij Græcorū intolerabilis &c.

Contra errores græcorū: li. j

Claruit apud Cōstantinopolim temporib⁹ Frederici imperatoris primi: & Alexādri papæ tertij: Anno dñi Mill. C.LXX.

I Obannes ecclesiæ cuiusdā Horit. archidiacon⁹: uir in diuinis scripturis eruditus: & sæcularū litterarū non ignarus: græci & latini sermonis peritus: ingenio præstans & clarus eloquio. Scripsit quædā ad ædificationē fideliū non spernenda opuscula: quibus nomē suū notificauit: E quibus extat opus insigne & præclarū ad Stephanū regiū quendā notariū contra græcos:

De ꝓcessione spūssancti: li. j Multa rotundo græcorū.

Eplas etiam uarias.

Sed & alia quædā scripsisse dicit: quæ ad manus nostras non uenerunt.

G Odefridus Viterbiensis pbyter: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & sæcularis litteraturæ non ignarus: ingenio præstās & clarus: metro exercitatus & prosa. Scripsit nō spernēdæ lectionis opuscula: quibus memoriā sui posteris reliquit. E quibus extat uolumē grande ad Vrbanū papā tertiū carmine & soluta oratiōe mixtū: de mūdi principio: de uniuerso ueteri & nouo testamēto: & de ætatib⁹ mūdi tēporib⁹: gestis: ac historijs oīb⁹ regū qđ prænotauit:

Pantheon: li. xviij De mundi principio &.

De alijs nihil uidi. Claruit sub Frederico imperatore primo: & Heinrico eius filio: Anno dñi Mill. C.LXXXV.

E Ckebertus secūdus abbas monasterij sancti Florini: ordinis diui patris Benedicti Treuerensis diocesis: natione teutonic⁹: uir in diuinis scripturis studiosus & erudit⁹: & nō min⁹ cōuersatione q̄ scientia uenerabilis: frater beatæ Heligabet uirginis abbatisse Schonaugiensis fuit. Hic antea Būnensis ecclesiæ canonic⁹ fuit: q a sancta sorore ad Schonaugiā uocat⁹: primo monach⁹: ac deinde abbas factus est. Scripsit nō contemnendæ lectionis opuscula: quibus nomen suū ad posteritatis noticiam transmisit: E quibus subiecta reperi:

Aduersum hæreses: li. j Prophetatū dudū tēpora.

In principiū euangelij Iohānis: li. j Mysteria diuini sermonis.

Super Magnificat: li. j Spūs dñi sup te Maria.

Super Missus est angelus: li. j Sermo euangelicus omī.

De obitu sororis suæ: li. j Virginibus deo sacratis.

Meditationes: li. j Verbū mihi est ad te rex.

Sermones per annum:	li.	ij	Erũt signa &c. adnẽt⁹ dñi.
Laudes saluatoris:	li.	j	
Epistolarũ ad diuersos:	li.	j	

Alia quoq; nonnulla edidit: quæ ad noticiã meam non uenerunt. Fuit enĩ declamator egregius: doctus & eloquens: adeo ut quendam hæreticum quẽ nemo con cludere poterat: unica disputatione superaret. Claruit in cœnobio præfato sancti Florini quod Schonaugia dicitur in diocesi Treuerensi: sub Frederico imperatore primo: Anno Mill'.C.LX. & ,ppter religionẽ & doctrinã in pcio habebat.

b Elizabet monialis & abbatissa sororum cœnobij Schonaugiensis ordinis sancti Benedicti: (Sunt enim duo monasteria: unum monachorũ: alterum monialiũ: in fine Treuerẽsis diocesis nõ longe a Rheno in Hircinia sylua constituta) soror Eckeberti abbatis supradicti: uirgo sanctissimæ conuersationis: quæ multas reuelationes diuinit⁹ acceperat: quas ad ædificationem posteritatis litteris demandauit. E quibus legi ista:

Viaz dei utile opus:	li.	j	Factũ est in exordio quinti.
De.xj.M.uirginũ Colonieñ.	li.	j	Vobis qui pios affectus.
Reuelationũ diuersaz:	li.	ij	Omes qui lecturi sunt.
Ad fratrẽ suũ Eckebertum:	li.	j	Petis a me frater & ad hoc.
Epistolarũ ad diuersos:	li.	j	Ex epatu Metensi de ab.
Ad sanctã Hildegardẽ:	li.	j	

Et alia similia.

Moritur sub Frederico imperatore primo: Anno dñi Mill'.C.LXV. Indictione tertiadecima: Aetatis suæ anno.xxxvj. Conuersionis.xxiij. Visitationis autẽ superni splendoris tertiodecimo.xiiij Calend'.Iulij Sepulta in ecclesia monachorum sancti Florini in medio chori.

b Ildegardis abbatissa cœnobij sancti Ruperti cõfessoris in opposito Bingẽsis oppidi ex altera parte Naij fluuij Moguntinæ dioces: ordinis diui patris Benedicti: natione teutonica: ex comitatu Spanhemẽsi: discipula quondã beatæ Guttæ uirginis sororis Megenbardi comitis de Spanhem fũdatoris nostri: uirgo sanctissimæ conuersationis & a puericia sua diuinis reuelationib⁹ illustrata: cuius uita multis miraculis cõprobata: odore suæ sanctitatis in lõginquas dispersit regiones: adeo ut Eugeni⁹ terti⁹: Anastasius quartus: Hadrian⁹ quart⁹: & Alexander tertius Romani pontifices: scriptis eam crebrius uisitantes: se & Romanã ecclesiam illius orationibus cõmendarent. Sed & Eugenius tertius in concilio Treuerensi sancto Bernardo præsente scripta & opuscula eius corã oĩb⁹ lecta publice approbauit: eãq; ut cœpto perstaret in proposito litteris denuo roborauit. Omnia aũt quæ scripsit ex reuelatione diuina didicit: E quibus ista sunt:

In regulã sancti Benedicti:	li.	j	Et ego paupercula fœmi.
Triginta quæstionũ:	li.	j	Charitas quæ cũ abstinẽtia.
Vita sancti Ruperti cõfessoris:	li.	j	Nam ut in uera uisione.
Vita sancti Disibodi epi:	li.	j	In mystica uisione &c.
Homeliæ.lviij.in euãgelijs:	li.	j	Homo quidã qui boiem.
De sacramento altaris:	li.	j	In uisione quæ aiæ meæ.
Sciuias grande uolumen:	li.	j	Et factũ est in anno nono.
Vitæ meritorum:	li.	iij	
Simplicis medicinæ:	li.	j	
Compositæ medicinæ:	li.	j	
Diuinorum operum:	li.	j	Et factũ ẽ i.vj. anno pnstq.
Ad Colonienses:	li.	j	Qui erat & q est: & qui.
Ad Treuerenses:	li.	j	Ego paupercula forma.
Exhortatoriũ sæculariũ:	li.	j	O turba hoim nascentiũ.

Ad forores suas:	li.	j	O filiæ quæ uestigia christi
Ad monachos griseos:	li.	j	Ego paupercula in lecto.
Carmina diuersa:	li.	j	Qui sunt hi qui ut nubes.
Et sancto Bernardo:	epl'.	j	In spiritu mysteriorũ dei.
Epl'arũ ad diuersos.135.	li.	j	O mitis pater ego paupeu.

Scripsit & alia.
In omnib⁹ opusculis suis catholica doctrina relucet: quæ uel fidem confirmet: uel instruat mores: nec quicquã dixit aut scripsit unq̃ quod in dubiũ possit uocari. Et cum latini sermonis esset ignara: tamen reuelante spiritu dei omnia latine & congrue dictauit notarijs excipientibus. Vidimus multas epistolas Conradi tertij: & Frederici primi imperatorum: & episcoporum Moguntinensis: Treuerensis: Coloniensis: Bremensis: Hierosolymitani: & aliorum pene innumerabiliũ: qui ex diuersis mundi regionibus fama sanctitatis & reuelationum eius prouocati: se scriptis cõmendabant orationibus ipsius: & diuersarum quæstionũ solutiones quærebant. Moritur sub Frederico imperatore primo Anno dñi Mill'.C.LXXX. Aetatis suæ .lxxxij. Indictione tertiadecima. xv Calend'. octobris.

Lbertus patriarcha hierosolymitanus: uir doctus atq; sanctissimus: qui fra-
a tribus carmelitis adhuc in terra sancta degentibus regulam dedit: quam
ijdem fratres iam in Europa constituti per apostolicam sedẽ modificatam & approbatam ubiq; profitentur: ad instantiam Innocentij papæ tertij descripsit luculento sermone & ueraci:

Statum terræ sanctæ:	li.	j
Regulam carmelitarũ:	li.	j

Claruit sub Heinrico imperatore sexto: Anno dñi Mill'.C.XC.

Nnocentius papa tertius: natione campanus: Lotharius ante uocatus:
i post Cælestinum pontificem tertium præfuit ecclesiæ annis .xviij. uir in
diuinis scripturis eruditissimus: quippe qui a pueritia sua in gymnasio Parisiensi operam litteris impenderat: & in uirum nõ minus probum q̃ doctum euasit: reliquit ingenij sui non pauca opuscula. De quibus sub nomine Lotharij leuitæ siue etiam Innocentij papæ feruntur ista:

De utilitate humanæ conditiõis:	li.	ij	Quare de uulua matris.
In .vij. psalmos pœnitentiales:	li.	j	
De officio missæ:	li.	ij	Tria sunt præcipue in qb⁹.
De sacramento baptismi:	li.	j	
De claustro animæ:	li.	j	
Decretales antiquæ:	li.	j	
Sermones plures:	li.	j	
Epistolarũ ad diuersos:	li.	j	

Claruit tempore discordiæ quæ fuit inter Philippum fratrẽ Heinrici & Ottonem ducem Saxoniæ: Anno dñi Mill'.CC.

Vilhelmus Antisiodorensis ut ferunt episcopus: uir in diuinis scripturis
g eruditissim⁹: & in sæculari philosophia nobiliter doct⁹: ingenio subtilis: ser-
mone scholasticus: in gymnasio Parisiensi theologicam cathedram ascendens: longo tempore clarus emicuit: & inter omẽs doctores illius temporis maxima fama & opinione celebris fuit. Scripsit ualde insigne & utile uolumen siue:

Sũmam theologiæ:	li.	j	Sicut dicit apl'us: Fides.
De officijs diuinis:	li.	j	

Alia quoq; multa scripsisse dicit': quæ ad noticiam meam non uenerunt.

Yrillus presbyter & monach⁹ montis Carmeli: & eiusdem ordinis tertius
c prior generalis: natione ut ferunt græcus: uir sanctus & prophetico spiritu
illustratus: cui omnipotens deus suam uoluntatem angelico ministerio aperuisse

dicitur: dum argenteis tabulis digito dei scriptis honoratur. Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula: ad abbatem Ioachim: De oraculo angelico:
Prologos sic incipit: epl. i Domui totius diuinæ sapi.
Oraculū uero sic: li. i Tempore annorū christi.
De processu ordinis sui: li. i
Epl'as plures ad diuersos.
Claruit sub Philippo & Ottone: Anno dñi Mill'. CC.

b Elmandus monachus frigidi montis: uir in diuinis scripturis longa exercitatione studiosus & eruditus: atq; in sæcularibus litteris nobiliter doctus: ingenio acutus & disertus eloquio: propter doctrinæ excellentiam & uitæ integritatem inter ecclesiasticos doctores sui temporis nō ultimus apparuit. Scripsit em plura opuscula: quibus nomen suum immortalitati donauit. E quibus ferunt subiecta. Ab exordio mundi usq; ad suam ætatē magnū & insigne uolumen
Historiarum: li. xlviij
De reparatione lapsi: li. i G.lamentationes & ue.
Sermones plures: li. i
Epla'x ad diuersos: li. i
Et alia plura.
Claruit sub Heinrico sexto: Anno dñi Mill'. CC.

g Ilbertus monachus ordinis Cisterciensis: & cuiusdam cœnobij postmodum abbas: uir in diuinis scripturis studiosus & egregie doctus: ingenio subtilis & clarus eloquio: Scripsit post obitum sancti Bernardi abbatis ubi ille dimiserat: ab eo uidelicet loco: In lectulo meo per noctes: usq; ad finē. xlvi. subtiles & elegantissimos sermones
In Cantica canticorum: li. i Varij sūt amantiū affect⁹:
Et quædam alia.
Claruit sub Heinrico sexto: Anno dñi Mill'. CC.

a Ilredus abbas cuiusdam cœnobij: ordinis Cisterciensis: uir in sanctis scripturis iugi studio exercitatus: & sæcularis philosophiæ non ignarus: ingenio mitis: eloquio dulcis: deuotione præcipuus. Scripsit ad utilitatem fratrum suorum nonnulla opuscula: quibus & illis profuit: & nominis sui noticiam ad posteros transmisit. E quibus extat opusculum magnæ utilitatis uiris religiosis spiritalibus sententijs refertū quod prænotauit:
Speculū charitatis: li. i
In Lucam: ho. i Cū esset Iesus annorū. xij.
Et alia quæ non uidi.
Claruit temporibus Heinrici sexti: Circa annos dñi Mill'. CC.

m Auricius episcopus Parisiensis: in diuinis scripturis ualde studiosus & eruditus: atq; in sæculari philosophia nobiliter doct⁹: utpote qui theologiam ante episcopatum multis annis Parisius gloriose docuit: ingenio subtilis: sermone scholasticus: in declamandis sermonibus ad populum excellentis studij fuit. Fertur quædam præclara composuisse opuscula: quibus nomen suum posteritati notificauit. E quibus feruntur per circulum totius anni tam de dominicis q̄ de festiuitatibus:
Sermones ad populū: li. ij
De cura animarū ad p̄sbyteros: li. i
Cætera autem quæ scripsisse dicit: ad noticiam meam non peruenerunt.
Claruit temporibus Heinrici sexti: Anno dñi Mill'. C. XC.

p Apias natione lombardus: uir in sæcularibus litteris eruditissimus: grammaticus oim suo tempore clarissimus: græco & latino sermone ad plenū

instructus: in diuinis quoq; scripturis non mediocriter exercitatus. Scripsit gemino stilo in utraq; litteratura quædam egregia opuscula: E quibus panca ad noticiam meam peruenerunt.

De ordine dicendi:	li.	j	
De lingua latina uocabul':	li.	j	Oim in hoc libro inueni.
Eplaꝝ ad diuersos.	li.	j	

De cæteris nihil reperi.
Claruit temporibus Heinrici sexti: Anno dñi Mill'.CC.

i Obannes beleth: gymnasij Parisiensis olim insignis theologus: in diuinis scripturis eruditus: & in sæculari phia sufficienter doctus: ingenio promptus: sermone scholastic⁹: inter doctores sui temporis nõ ignobilis: scribẽdo & disputando nomẽ suum ad posteritatis noticiam cum glia deduxit: Scripsit enim non inutilem:

Sũmam de diuinis officijs:	li.	j	In primitiua ecclesia.
Sermones quoq; uarios:	li.	j	

Alia insuper nõ pauca scripsisse dicit': sed ad noticiam meã nõ uenerunt.

t Heodericus abbas ordinis sancti Benedicti: natione teutonicus: uir in diuinis scripturis studiosus: & sæculariũ lraꝝ nõ ignarus: nec minus cõuersatione q̃ scientia clarus: Fert' nõnulla composuisse opuscula: de quibus ego tantum uidi ad quosdam abbates:

Vitã sanctæ Hildegardis:	li.	iiij	In Romana republica.

Et quasdã eplas.
Claruit sub Heinrico sexto: Anno dñi Mill'.CC.

w Ernherus alias Hirnerius uir illustris atq; spectabilis: iuris ciuilis ꝑfessor & interpres clarissimus ac aliarũ lraꝝ humanitatis cultor eximius: qui merito lucerna iuris appellatus est: q̃m ius ciuile glosulis prim⁹ exposuit: & sine exemplo cæteris illuminãdi iuris exemplũ dedit. Et ab hinc utriusq; iuris ꝑfessores in copia semp claruerũt: & uolumina suæ institutionis usq; in hodiernũ diẽ explanare cœperũt. Docuit aũt in utroq; tam Romæ q̃ Bononiæ multo tẽpore: ubi discipulos & plures habuit & egregios: qui sua eruditione famã & gloriã magistri dilatarũt. Extant eius glosulæ & monimẽta præclara in legibus: quæ apud ꝑfessores hu⁹ industriæ notissima sũt.
Claruit temporib⁹ Heinrici sexti: Anno Mill'.CC.

p Etrus abbas Cluniacensis: ordinis sancti Benedicti: uir in diuinis scripturis iugi exercitatione doctus: ingenio placid⁹: sermone dulcis atq; cõpositus: & ad ꝑsuadendũ satis idoneus: cõuersatione deuot⁹ & laudabilis: ac regularis obseruantiæ çelator insignis: nomẽ suum scribendo posteris notificãs: ad utilitatem legentiũ quædã deuota composuit opuscula: De quib⁹ ista ferunt':

Reuelationes multorũ:	li.	j	
De cõuersatione heremitica:	li.	j	Suscepi lrãs dilectionis tuæ
Eplaꝝ ad diuersos:	li.	j	

Alia quoq; nonnulla edidit: quæ ad noticiam meã non dũ uenerunt.

p Etrus cantor Parisiensis: & postea ut ferunt epũs: uir in diuinis scripturis eruditissim⁹: & in sæculari phia nobiliter doctus: theologicæ scholæ Parisius multis annis gloriose præfuit: & discipulos egregios multos erudiuit. Scripsit etiã quædã præclara opuscula: De quibus pauca ad manus nostras memini peruenisse. Volumen prænotatũ:

Verbum abbreuiatum:	li.	j	Verbũ abbreuiatũ fecit.
Distinctionũ aliud:	li.	j	Abel dicit' principiũ ecclīæ.
Grãmaticã theologoꝝ:	li.	j	
Sermones uarios:	li.	j	

De quibusdā miraculis: li. j
De sacramentis quoq;: li. iiij Circuibat popul⁹ & colli.
Claruit temporib⁹ Heinrici sexti: Anno dñi Mill. CC.

Pileus modicensis utriusq; iuris .pfessor & interpres celeberrimus: ingenio subtilis sermone scholasticus: scientia clarus & caut⁹ consilio: apud iuristas antiquiores in maximo precio habitus: scribendo & docēdo in ea facultate uaria: nomē suū cū gloria transmisit ad noticiam posteritatis: De cui⁹ opusculis inuenit quędā sūma notabilis & nō spernenda quā prænotauit:
De ordine iudiciorū: li. j Innocato christi noie. rē.
De cæteris aūt quæ scripsit: nihil ad noticiam meā peruenit.

Iohannes bosianus patria Cremonēsis: legū explanator famosissim⁹: præceptor Aςonis Bononieñ. iurisconsulti clarissimi: uir magnæ doctrinæ & opinionis: qui inter expositores iuris prim⁹ apparuit: & multis suo exēplo animū & formā studēdi dedit. Ferē in ea facultate præclara quędā scripsisse opuscula: qb⁹ nomē suū imortalitati donauit. E qb⁹ extat sūma breuis sup pādectis quæ Ventosa: li. j (prænotat:
Super. C. lectura: li. ix
Et quędā alia. Claruit sub Heinrico sexto: Anno dñi Mill. CC.

Stephanus anglicus gymnasij Parisiensis quondā decus & rector: in diuinis scripturis studiosus & eruditus: atq; in pħia aristotelica nulli suo tempore secundus: theologiā multis annis gloriose docuit: & primus scripturam sacram medullit⁹: & moraliter exponere cœpit. Ex hinc mos inoleuit: ut magistri theologiæ diuinos libros suis lectūris in scholis discipulis lucidius aperirent. Scripsit aūt iste Stephanus ut accepi subiecta opuscula:
In quinq; libros Moysi: li. v
In Iosue: li. j
In librū quoq; Iudicū: li. j
In Regū quoq;: li. iiij
In .xij. pphetas minores: li. xij
Alia insuper multa edidit: quæ ad noticiam meā necdum uenerunt.
Claruit circa tempora imperij Heinrici sexti regis: imperatoris aūt a papa coronati quinti: Anno dñi Mill. CC.

Agorotus utriusq; iuris .pfessor insignis & celeberrimus interpres: aliarum quoq; litteraņ sæcularium nō ignarus: cuius apud antiquos iuristas nō parua auctoritas erat: .ppē excelles ingeniū docēdi: scribendiq; studiū etiā posteris nomē suū notificauit: De cui⁹ opusculis extat sūma notabil⁹ quā prænotauit:
Cauillationum: li. j Cū periculosum sit mihi.
De ordine iudiciorū: li. j Precibus & instantia.
Alia insup complura scripsisse dicit: sed ad noticiam meā non uenerunt.

Placentinus natione Italus: utriusq; iuris cultor & explanator celeberrim⁹: in mōte Pessulano docēdo & scribēdo magnā gloriā est cōsecut⁹: q olim apud huius artis .pfessores inter præcipuos doctores locū obtinuit: .ppter quędā cōmēdatissima uolumina quæ composuit. E quib⁹ inē cætera extare dicit:
Sūma iudiciorum: li. j Cum essem Mantuæ.
Super Codice quoq;: li. ix
De alijs nihil reperi. Claruit tēporibus Heinrici sexti: Anno dñi Mill. CC.

Offredus patria beneuentanus: doctor in utroq; iure clarissimus: ingenio subtilis: eloquio scholastico more cōpositus: ad soluēda dubia & iuris quæstiones longa exercitatione satis idoneus: Scripsit in ea facultate studentibus non cōtemnēda opuscula: quibus nomē & opinionē suā imortalitati cōsecrauit. De qb⁹ tñ pauca potuim⁹ inuenire quæ & subiecim⁹: uolumē putile cōtinens:
Quæstiones iuris ciuilis: li. j Si considerarē ingeniū.

Quæstiones iuris canonici: li. j Super omnibus actionibꝰ.
Sūmam iuris: li. j
Quicquid amplius edidit: ad noticiā meā adhuc minime peruenit.
Etrus archiepūs Senonēsis i diuinis scripturis iugi studio eruditꝰ: & ueterꝫ
p lectione diues: atqꝫ in sæcularibꝰ lr̄is nobiliter doctꝰ: ingenio subtilis & cla/
rus eloquio: Scripsit nō paruæ utilitatis opuscula: quibꝰ & suū ingeniū ex/
coluit & alioꝝ ædificationi materiā præparauit. Scripsit ualde subtiliter sentētijs
In eplās Pauli oēs: li. xiiij (patrū appositis:
Sermones etiā uarios: li. j
Diuersos etiā libros Bibliæ diligenter exposuit: aliosqꝫ tractatus & uarios & utiles
scripsisse dicitur: qui ad noticiam meam nō uenerunt.
Zo natione Italus ex Bononiēsi ciuitate orditꝰ uitæ originē: Iohannis bosi/
a ani cremonēsis uiri doctissimi quōdam auditor atqꝫ discipulus: iuris ciuilis
famosissimꝰ interpres: fons legū: copia uerborum: lucerna iuris: qui sua do
ctrina: eruditione & scientia oēs iuristas qui eū præcesserāt facile præcellit: mul/
ta ad ius ciuile pertinentia opuscula edidit: quibꝰ laudē & glīam imortalē acquisi/
Sūmā iuris notabilem: li. j (uit:
Super Digesto ueteri: li. xxiiij
Super Codice quoqꝫ: li. ix
Præterea optimos in legibus apparatꝰ cōfecit: & pluribꝰ sūmis additiones appo/
suit: ac uaria scripsit quæ a doctis nō ignorant iuristis. Claruit tēporibꝰ Frederici
imperatoris scdi: Anno. M.CC.XXX. Et multos insignes discipolos post se reliqt.
Gidius de Fuscarijs ciuis Bononiēsis: uir in iure canonico doctissimꝰ & tam
e legibus imperialibus ꝗ in alijs disciplinis humanitatis nobiliter eruditus:
ingenio subtilis & clarꝰ eloquio: in ꝓfessoribꝰ huiꝰ facultatis apud ueteres
magnæ auctoritatis doctor: Scripsit quædā præclara in ea disciplina uolumina: de
quibus ego tantum uidi:
De ordine iudiciorū: li. v In noie. d. n. i. c. Ego Egidiꝰ.
De officio Tabellionis: li. j Restat nūc ut de offici.
Quæstiōes iuris uarias. Cætera quæ cōposuit: ad manꝰ nrās adhuc minie neneīt.
Ranciscus ordinis minorū institutor & princeps: natione Italus: ex Assisio
f ciuitate Italiæ oriundus: uir sanctissimæ cōuersationis & euangelicæ pau/
pertatis ardētissimꝰ sectator: qui uerbo & exēplo mltos ab iniqtate cōuer/
tit: & in uiā iusticiæ catholicæ direxit: tantꝰ amator christi extitit: ut in cōtemptu
mundi & ois cōsolationis transitoriæ parē uix habuerit. In cuiꝰ ordine multi iā de/
inceps doctissimi uiri claruerōt: qui ad utilitatem fideliū innumera pene composu
erunt opuscula. Ipse autē Franciscus scripsit breuem:
Regulam minorū: li. j Regula & uita minorū.
Testamentū breue: li. j Dn̄s dedit mihi fratri Fran.
Claruit sub Frederico imperatore secūdo: Anno dn̄i. Mill. CC.XX.
Aesarius monachus in Heisterbach ordinis Cisterciensis: natione teuto/
e nicus Coloniensis agrippinæ diocesis: uir deuotus & in disciplina regulari
præcipuꝰ: atqꝫ in diuinis scripturis longa exercitatione studiosus: compo/
suit ad iostructionē nouitioꝝ quorū institutor erat: simplici & aperto sermōe nō/
nulla opuscula: quorū lectio deuotis & simplicioribꝰ fratribus nō est spernēda: De
quibus ego tm̄ reperi subiecta. Opꝰ ꝓlixū de miraculis & uisionibus diuersis suo
tēpore factis in Germania: quod ad imitationē sancti papæ Gregorij prænotauit:
Dialogorū de uarijs: li. xij Colligite fragmēta oe.
In euangelijs dominicabꝰ: li. ij Botrus cypri dilectꝰ meus.
In euangelijs de sanctis: li. j Dn̄s ac saluator noster Ie.
Sermones ad nouitios: li. j
Alia insuper complura edidit: quæ ad noticiam meā nō uenerūt.

g Vilhelmus monach⁹ cœnobij diui martyris Dionysij Parisieñ. ordinis sancti Benedicti: natione gallus: uir in diuinis scripturis iugi studio perit⁹: atq; in disciplinis sæculariũ litteraꝝ egregie doct⁹: ingenio & eloquio clar⁹: ac temporũ cognitor insignis: nomen suũ uaria scribendo & docendo ad noticiã posteritatis transmisit. E quibus extat:

Historiarũ uolumen: li. iij
Et epl'æ plures ad diuersos: li. j

Ferẽ aũt in diuinas scripturas cõmentarios edidisse: quos necdum uidi.

i Acob⁹ de uitriaco: epũs Achonẽsis: & postea sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ cardinalis: epũs Tusculanus: uir in diuinis scripturis eruditus: & sæcularium litteraꝝ non ignarus: morib⁹ & uita spectabilis: in declamãdis sermonibus ad populũ excellentis ingenij fuit: & crucẽ contra Albienses hæreticos gloriose prædicans: multos fideles in eos apostolica auctoritate signauit. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula: quib⁹ nomen suũ posteris notificauit:

Historiam orientalẽ: li. j
Vitam Mariæ de Oegines: li. iij
Contra Saracenos: li. j
De sanctis mulierib⁹ Leodieñ. li. j
Epistolaꝝ ad diuersos. li. j

Alia insuper nonnulla composuit quæ ad noticiã meã non uenerunt.
Claruit sub Frederico imperatore secundo: Anno dñi Mill'. CC. XX.

b Onaguida aretinus: uir in utroq; iure oĩm suo tẽpore doctissim⁹: apud ueteres hui⁹ facultatis ꝓfessores magnæ auctoritatis: ingenio subtilis & clar⁹ eloquio: Scripsit ad utilitatẽ discipulorũ iuris quædã præclara uolumina: quibus se & utilem præsentibus & notum effecit futuris: E quibus extat summa notabilis quam prænotauit:

Introductoriã aduocatoꝝ: li. ij Cũ aduocationis officium.
Margarita iuris: li. j Qm̃ post inuentionẽ sciæ.
Declarationes uariaꝝ causaꝝ.

Sed & alia quæda composuisse dicit': quæ ad noticiã meã non uenerunt.

p Etrus de Vineis natiõe teutonic⁹: Frederici imperatoris secundi scriba & cancellarius: uir doctus & eloquẽs: sed in eo maxime reꝑhensibilis ꝙ eidẽ Frederico adhærẽs ei⁹ fauore cõtra ecclesiã Romanã stolid⁹ latrauit: a quo tandem digne remuneratus cũ in certis eum offendisset lumen cum oculis amisit. Scripsit aũt quædã ingenij sui opuscula: De quibus ego tantum reperi:

Epl'aꝝ ex ꝑsona imperatoris: li. vj Collegerũt pontifices.
De potestate imperiali: li. j

Claruit eiusdem Frederici secundi temporibus: Anno dñi Mill'. CC. XXX.

a Ntonius dictus de Padua: natione aũt hispanus ex Vlixbona ciuitate oriundus: ordinis minoꝝ & beati Francisci discipulus: uir in diuinis scripturis eruditissimus: quippe qui ante ingressũ ordinis theologiã Tholosæ: Bononiæ: & Patauij mlto tẽpore gloriose docuit: & discipulos post se insignes reliquit: tantæ sanctitatis extitit: ut multis & uiuus & mortu⁹ coruscarit miraculis. Fuit aũt excellentissim⁹ prædicator adeo ut summus eum pontifex arcam testamenti cõsueuerit appellare: Et sanctus Francisc⁹ eũ suũ epm uocare solebat. Scripsit inter cætera ingenij sui opuscula ualde elegantes & ardentissimos:

Sermones de tempore: li. ij Erunt signa &c̃. dicit Esaias
Sermones quoq; de sanctis: li. j

Claruit tẽporib⁹ Frederici imꝑatoris secũdi: Anno dñi Mill'. CC. XXX. Et ꝓpter miraculoꝝ frequentiã post mortẽ a Gregorio papa nono unacũ sanctis Dominico & Heliçabet lantgrauia Thoringoꝝ: catalogo sanctoꝝ statim insertus est.

i Ordanus ordinis prædicatorꝝ:post sanctū Dominicū ut dicūt magister generalis:natione teutonicus:uir in diuinis scripturis exercitat⁹ & sufficiēter erudit⁹:uerbi dei prædicator egregius:& non minus sanctitate q̄ scientia uenerabilis:suo exemplo & melliflua doctrina multos ad pietatē erudiuit:Fertur nonnulla scripsisse opusculā:quorꝝ lectio declamatoribus ac deuotis fratribus nō inutilis iudicat̄.E quib⁹ ferunt̄ ex officio prioratus ad frēs sui ordinis:

Exhortatoriæ eplæ plures: li. j
Sermones ad populū: li. j
De ordinis institutione. li. j

Claruit sub Frederico imperatore secundo:Eodem tempore quo & beat⁹ Dominicus:Anno dn̄i Mill'. CC.XX.

b Vbertus de Bobio iuris utriusq̄ ꝓfessor & interpres sagacissimus: ingenio subtilis:& scholastico more luculent⁹ eloquio:qui apud ueteres hui⁹ scientiæ ꝓfessores inter præcipuos doctores est habitus: nomē suū docēdo & scribēdo cū gloria transmisit ad noticiā posteritatis : dans cæteris discendi exemplū ac proficiendi adiumentū.Scripsit eñ notabilem sūmā quā prænotauit:

De ordine iudiciorū: li. j Quia pietas paterni nois.
Quæstiones & determinationes:
Et alia non pauca:quæ tamen ad manus nostras minime uenerunt.

b Ernardus dorna natione prouincialis : Açonis Bononiensis uiri clarissimi quondā auditor atq̄ discipul⁹:utriusq̄ iuris ꝓfessor & interpres doctissim⁹: præceptoris sui eruditissimi ꝓuocat⁹ exemplo se litteris totū accōmodās: uaria scripsit opuscula:quib⁹ nomē suū imortalitati dicauit : E quib⁹ extat uolumē insigne:

De libellorꝝ cōceptionibus: li. j

Et alia quæ nō uidi. Claruit Frederici impatoris scd'i tēporib⁹:Anno.M.CC.XL.

a Cursius natione Italus:ex Florentia ciuitate oriundus:auditor quōdā & discipulus Açonis:uir in utroq̄ iūre peritissim⁹:atq̄ in cæteris sæcularium lrārꝝ disciplinis nō infime doctus:ingenio subtilis & clarus eloquio: cuius quāta sit hoc tempore apud legū ꝓfessores auctoritas:nemo uel modice doctus qui nesciat .Scripsit multa præclara opuscula:& primus totū ius ciuile glosauit.

In.ff.uetus: li. xxiiij
In.ff.nouum: li. xij
In.ff.Inforciat: li. xiiij
Super Codice: li. xij
Super Institutis: li. iiij

Alia insup non pauca edidit:quæ legum studiosis notissima sunt.
Claruit sub Frederico imperatore secundo:Anno dn̄i Mill'.CC.XL.

b Vbertus de Bonacurso:natione Italus:uir in utroq̄ iure peritus: & sæcularis phiæ nō ignarus:ingenio promptus & apertus eloquio : qm apud ueteres iuris explanatores non obscuræ opinionis fuit: Cōposuit in ea facultate quædā præclara opuscula:De quib⁹ nullum ad manus nrās memini puenisse.
Fertur aūt eius:

De præludijs causarꝝ: li. j Cū de mādato impial' ma.
Et de iudicijs quædam.

Credimus aūt tam ista q̄ alia eius opera:peritis iuristis non incognita.

i Ohannes de abbatis uilla:archiepūs Bisuntin⁹: & sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ cardinalis:natione gallus : uir in diuinis scripturis eruditissimus : & earundē sacrarꝝ litterarꝝ famosissim⁹ interpres:qui in studio Parisiensi theologiam multis annis egregie docuit: in declamandis sermonibus ad populū excellentissimus:qui ob eam rem uel maxime ex magistro Parisiēsi factus est archipræsul Bisuntinus. Scripsit ualde utiles & insignes:

Sermones de tempore: li. ij

Sermones de sanctis:	li.	ij	

Alia quoq; multa edidit: quæ ad noticiam meã non uenerunt. Scripsit autem dictos sermones per circulum anni: Primo quidem breues: lectiones euangelicas & apostolicas breuiter exponendo. Postea uero alios sermones tam de dominicis q̃ de festiuitatibus adeo prolixos edidit: tot scripturarũ inducẽs testimonia: ut uix possint memoriæ cõmendari: qui tñ iam nouis supuenientib⁹ ex parte uiluerũt.

r Aymundus de Penna forti: natione cathalanus: siue prouincialis ordinis prædicatorum tertius magister generalis: uir in diuinis scripturis eruditus: & sæcularium litterarum non ignarus: ingenio prompt⁹: & iuris canonici noticia insignis: nomen suum uaria scribendo immortale reddidit: & sibi ecclesiam suis opusculis perpetue: ut ita dixerim: debitricem obligauit. Nam iussu Gregorij papæ noni comportauit:

Decretales iuris:	li.	v	Rex pacificus pia mise.
Sũmam de casibus:	li.	iij	Qm̃ ut ait Hieronym⁹ scd'a
Constitutiones ordinis sui:	li.	j	

Et quædam alia.
Claruit sub Frederico secundo imperatore: Anno dñi Mill'.CC.XXX.

a Lbertus galioti patria Parmensis canonũ & legum professor interpresq; famosus: ingenio subtilis: consilio cautus & eloquio scholastic⁹: qui ob doctrinã & experientiam rerum apud iuristas ueteres inter præcipuos doctores habebať: Scripsit quædã in iure nõ contemnẽda opuscula: quibus nomen suũ ad noticiam posteritatis cum laude immortali transmisit. E quib⁹ extat sũma:

Margarita quæstionũ:	li.	j	Cũ ego Albertus galioti.
Et declarationes iudiciorũ:	li.	j	

Et quædam alia diuersa: quæ nobis incognita: habentur a diuersis.

o Dofredus beneuentanus: Açonis bononiẽsis auditor: & Iacobi baldewini postmodum præceptor: uir in utroq; iure peritissimus: ingenio subtilis: & clarus eloquio: qui multos insignes post se discipulos reliquit: propter doctrinam & eruditionem tum iuris: tum aliarum litterarum humanitatis: in magna auctoritate habebať apud ueteres: Cuius multa feruntur opuscula: quibus nomẽ suum notificauit posteritati:

De libellorũ formatione:	li.	j	Postq̃ opus notarie.
De ordine iudiciario:	li.	j	Queãdmodũ christi fauẽte
De arte notariatus:	li.	j	

Et alia quæ non uidi.
Claruit sub Frederico imperatore secundo: Anno dñi Mill'.CC.XXX.

i Ohannes de Blanosco: natione burgundus: uir in utroq; iure doctissim⁹: & in phorũ sæculariũ præceptis sufficienter eruditus: ingenio acer & promptus: Scripsit aperto sermone professorib⁹ huiusce facultatis non spernẽda opuscula: quibus fama nois sui & tunc præsentibus & post futuris longe lateq; innotuit. E quibus extat uolumen magnæ utilitatis quod prænotauit:

De actionibus aduocatorũ:	li.	j	Ego Iohannes de Blano.

Et uariæ quæstiones.
Cætera autem quæ composuit: ad noticiam meã minime uenerũt.

i Ohannes nomine & natione teutonicus: ex ciuitate Friburgensi oriũdus: epũs Bossinensis in Vngaria: ordinis prædicatorum: uir in diuinis scripturis multum exercitat⁹ & doctus: in iure & sæculari philosophia egregie peritus: qui propter eruditionem & uitæ sanctitatem ex ordine ad episcopatũ assũptus fuerat: quem postea deserens ad ordinẽ suum reuersus est: & post Raymundũ generalis magister ordinis constitutus: multa bona fecit. Scripsit notabilẽ

Sũmam confessorum:	li.	v	Qm̃ dubiorũ noua quoti.

Et quædam alia.
Claruit temporibus Frederici imperatoris secundi: Anno dñi Mill'.CC.L. Sepultus uero est in cõuentu suo Argentinensi: multis olim ut ferũt coruscãs miraculis.

i Nnocentius papa quartus: Symbaldus ante uocatus: natione Italus: ciuitate Genuensi oriũdus: sedit in pontificatu post Cælestinum quartũ annis undecim: uir in scripturis diuinis & in iure doctissim⁹: amator religiosorũ: qui concilium generale Lugdunense celebrauit: in quo Fredericũ ab imperio patrum consensu deposuit: & multa ad ecclesiæ utilitatem constituit. Scripsit nihilominus quædã præclara opuscula: ob quorũ editionẽ scriptorib⁹ ecclesiasticis digne ãnumerat': ad posteritatis noticiã cũ eisdẽ transmittend⁹. Cõtra Petrũ de uineis:

De potestate ecclesiastica: li. j
Apparatũ sup decretalibus: li. v Legit' in Ezechiele ueni'.
Regulam Clarissaꝝ: li. j Forma uitæ ordinis sororũ.
Autenticas quoq;: li. j
Ep̃laꝝ ad diuersos: li. j
Et quædam alia.
Claruit sub Frederico secundo: Anno dñi Mill'.CC.L.

r Olandinus de Romanciis: iuris utriusq; ꝓfessor & interpres celeberrim⁹: atq; in sæculari phĩa nobiliter doctus: qui apud iuristas ueteres non infim⁹ erat. Scripsit in ea facultate quædã præclara opuscula: quibus nomẽ suum cum gloria transmisit ad noticiam posteritatis. E quib⁹ ego tantũ reperi sũmam:

De ordine maleficiorum: li. j Incipit paruus libellus.
Determinationes & quæstiones.
Cætera quæ composuisse dicit': ad noticiam meam non uenerunt.

b Ernardus presbyter Compostellan⁹: Innocentii papæ quarti familiaris & capellanus: uir in iure doctissimus: eiusdem põtificis studio ꝓuocatus: cõscripsit in iure quædam præclara opuscula: quæ in magna auctoritate his temporibus apud iuristas habentur. De quibus ego pauca potui inuenire: scilicet

Apparatum insignem:
Super decretalibus: li. v Inhibit⁹ libri principio quiq;.
Casus decretalium: li. v Rex pacificus pia mi.
De cæteris nihil uidi.
Claruit sub Frederico imperatore secundo: Anno dñi Mill'.CC.L.

g Vido de Suçaria: doctor in iure peritissim⁹: & in aliis disciplinis sæcularis phiæ sufficienter instructus: ingenio subtilis & prompt⁹: cautusq; consilio: cuius apud ueteres harũ reꝝ peritos magna fuit auctoritas. Fertur in iure quædã præclara cudisse opuscula: Int' quæ extat sũma notabilis quã prænotauit:

De actionibus causaꝝ: li. j Super causaꝝ ordinatiõe.
Declarationes quoq; uariæ.
Et alia complura: quæ ad manus nostras adhuc minime uenerunt.

b Artholome⁹ Brixianus: iuris canonici professor & interpres eruditissim⁹: atq; in cæteris sæcularis litteraturæ disciplinis egregie doct⁹: ingenio subtilis & disertus eloquio: Scripsit tam in iure q̃ de aliis rebus uaria & præclara opuscula: quibus nomen suum immortalitati donauit: E quib⁹ subiecta ferunt':

Repertoriũ decreti: li. iij Qm̃ suffragantibus ueterꝫ.
Disputationes decretaliũ: li. v
Chronica Italiæ: li. j
Ep̃laꝝ ad diuersos: li. j
Et quædam alia.
Claruit sub Frederico imperatore secundo: Anno dñi Mill'.CC.XL.

i Obannes de deo: iuris utrinsq; professor & enucleator eximius: atq; in di-

ſciplinis philoſophiæ ſufficienter eruditus: ingenio ſubtilis: ſermone ſcholaſtic⁹: qui apud ueteres magnæ auctoritatis extitit: Scripſit multa & uaria in utroq; iure opuſcula: quib⁹ memoria nominis ſui ad multorũ noticiã deuenit. E quib⁹ pauca ad noticiam meã peruenerunt. Reperi eñ ſubiecta dũtaxat

Sũmam caullationum:	li.	vij	Ad bonorẽ ſũmæ trinita.
Aliam prænotatã: Iudicium:	li.	iiij	Principio noſtro aſſit.
Tabulam Decreti:	li.	ij	Liber decretorũ diſtinct⁹.
Tabulam Decretalium:	li.	j	Volentibus prompte.
Cõcordantiã decreti & decretal:	li.	j	De conſtitutionibus tract.
Quæſtiones uarias:			

Docuit aũt in ciuitate Bononienſi: ubi prædicta & alia compoſuit.

b Vgo Barchinonenſis: ordinis prædicatorũ ſacroſanctæ eccleſiæ Romanæ tituli ſanctæ Sabinæ preſbyter cardinalis: uir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus: qui ante ordinis ingreſſũ ſacræ theologiæ magiſter fuerat: multoſq; inſignes diſcipulos habuit. Scripſit plura egregia opuſcula: quibus nomen ſuum immortalitati conſecrauit. Nec minus conuerſatione & religione q̃ ſcientia clarus emicans: idem manſit in dignitate qui antea fuit. De cuius libris iſti feruntur:

In Geneſim:	li.	j
In Exodum:	li.	j
In Leuiticum:	li.	j
In Numeros:	li.	j
In Deuteronomiũ:	li.	j
In Ioſue:	li.	j
In Iudicum:	li.	j
In librum Ruth:	li.	j
In Regum:	li.	iiij
In Paralipomenon:	li.	ij
In Eſdram & Neemiã:	li.	iij
In Tobiam:	li.	j
In Iudith:	li.	j
In Heſter:	li.	j
In librum Iob:	li.	j
In pſalterium:	li.	j
In Prouerbia:	li.	j
In Eccleſiaſten:	li.	j
In Canticacanticorum:	li.	j
In librum Sapientiæ:	li.	j
In Eccleſiaſticum:	li.	j
In Eſaiam pphetã:	li.	j
In Hieremiam:	li.	iij
In Ezechielem:	li.	j
In Danielem:	li.	j
In .xij. pphetas minores:	li.	xij
In libros Machabæorũ:	li.	ij
In euangelium Matthæi:	li.	j
In euangelium Marci:	li.	j
In euangelium Lucæ:	li.	j
In euangelium Iohannis:	li.	j
In epl'as apl'i Pauli:	li.	xiiij
In Actus apl'orũ:	li.	j
In Epl'as canonicas:	li.	vij

In Apocalypsin Iohannis: li. j
Sũma de casibus : li. j
Alia insup nõnulla composuit: quæ ad noticiam meã non uenerunt.
Claruit sub Frederico imperatore secundo: Anno dñi Mill'.CC.XL

Acobus baldeuini: Odofredi beneuentani clarissimi uiri quondã auditor:
i iuris ciuilis ꝓfessor & interpres eximi⁹: ingenio subtilis: sermone scholasti
cus: consilio & actione præcipu⁹: Scripsit in ea facultate quædam præclara
opuscula: qb⁹ nomẽ suũ ad noticiã posteritatis cũ laude transmisit. E qb⁹ ista ferũt
Super Codice: li. xij
Super.ff.ueteri: li. xxiiij
Super.ff.nouo: li. xij
Super.ff.inforciati: li. xiiij
Et quædã alia. Claruit sub Frederico ĩpatore secũdo: Anno dñi.M.CC.XL.

Auid ordinis ut ferũt mino℞: natiõe teutonic⁹: uir ĩ diuinis scripturis exer
d citat⁹: uita & cõuersatione insignis: in declamãdis sermonib⁹ ad populum
excellentis ingenij fuit. Scripsit quædã aperto sermone opuscula: quo℞ le
ctio deuotis fratrib⁹ nõ est cõtemnenda. De quibus extant subiecta. Ad nouitios:
De cõpositione hoĩs exterioris: li. j Profectus religiosi. vij. pro.
De cõpositione hoĩs interioris: li. j Collationes meas quas.
Sermones de tempore: li. j
Sermones de sanctis: li. j
Et quædam alia. Claruit non lõge post beatũ Franciscũ. Sepult⁹ est in Augusta.

V mbertus ordinis prædicato℞ quint⁹ magister generalis: pña Vieunẽsis:
b Hugonis Barchinonẽsis theologi quondã auditor: uir in diuinis scripturis
erudit⁹ & declamator egregius: uita euangelic⁹: consciẽtia purus: actione
præcipu⁹: eloquio dulcis & ad ꝑsuadendũ idoneus: q Hugonẽ olim suũ præcepto-
rem sacræ theologiæ ptraxit ad ordinẽ. Scripsit quædã deuota opuscula: quib⁹ no
men suũ ad noticiam posteritatis deuenit. E quibus ista ferunt
Super regulã sancti Augustini: li. j Cogitanti mihi de sermõe.
Summa prædicantiũ: li. iij Oĩs homo est exhortand⁹.
Gesta fratrum prædicato℞: li. v
De officijs sui ordinis: li. j
De trib⁹ substantialib⁹ reli. li. j Filijs gratiæ & cohæredib⁹.
Epl'a℞ ad diuersos: li. j
Et quædam alia.
Claruit imperio uacante: Anno dñi Mill'.CC.L.

Incentius gallus natione burgundus: ordinis prædicatorũ dictus Beluacẽ-
u sis: uir in diuinis scripturis studiosus & exercitat⁹: ac ueterũ lectiõe diues:
ingenio subtilis: & ſmone composit⁹: tm̃ lr̃is studiũ adhibuit: ut nullis unq̃
laboribus: uigilijs uel occupationibus ab earũ cultura potuerit euocari: quin semp
aut legeret: scriberet uel prædicaret. Tantus itaq; fuit ut post se necdũ habuerit
parem: Si ardua quæ scripsit opuscula ex multis laboriose collecta: æqua lance cũ
cæteris ponderem⁹. Nam petente & sumpt⁹ ministrante rege Franco℞: grãde &
admirabile opus speculorũ de oĩi: ut ita dixerim: re scibili in multis uoluminib⁹
maximis laborib⁹ comportauit: quod ita prænotauit atq; distinxit:
Speculum historiale: li. xxxij De⁹ est substãtia incorpo.
Speculum Naturale: li. xxxiij Qm̃ multitudo libro℞.
Speculũ Morale: li. iij In oĩb⁹ tuis memorare.
Speculum Doctrinale: li. xiij Qm̃ multitudo libro℞.
De gratia dei quoq;: li. iiij Liber generationis &c̃.he.
De laudibus sanctæ Mariæ: li. j Si deũ ore ꝓphetico iube.

De landib⁹ sancti Iohānis euāge. li. j Beatus Iohānes euāgelista.
De institutione puerorum: li. j Filij tibi sūt erudi illos.
Consolationē sup mortuo: li. j In primis igitur aduertere.
Epl'arum ad diuersos. li. j
Alia insuper nonnulla edidit: quæ ad noticiam meam non uenerunt.
Claruit sub Frederico imperatore secundo: Anno dñi Mill'.CC.XL.

Lexander de Ales natione anglicus: ordinis minorum: præceptor Eustachij
a cardinalis: uir in diuinis scripturis eruditissim⁹: & in sæculari phia nulli suo
tempore secundus: ingenio subtilis & clarus eloquio: cum esset doctor sacrarum lrārum in gymnasio Parisiensi: ut cælestis phiæ uerus efficeret discipulus: ordinem pauperū christi intrauit: quē sua erditiōe & sanctitate mirabiliter illustrauit. Scripsit iubente Innocentio papa quarto insigne opus quattuor uoluminib⁹ partitum multa utiliter complectens: quod prænotauit:
Summā theologiæ: li. iiij Qm sicut dicit Boetius.
Declarationē regulæ minorū: li. j Reuerendo in christo pri.
Cætera eius non uidi.
Dicit aūt q tam uetus q̄ nouū testamentū ex magna parte postillauerit: & de concordia iuris diuini & humani multa subtilit disseruerit: aliaq; cōposuerit uaria: quæ ad man⁹ nrās nō uenerūt. Claruit sub Frederico secūdo: Anno dñi Mill'.CC.XL.

Obannes de rupella ordinis fratrum minorum sacræ theologiæ magister
i Parisiensis: in diuinis scripturis eruditus: & in phia aristotelica magnifice
doctus: qui secū Alexādro de Ales in declaratione regulæ minorū ad ministrū generalē subscripsit: Edidit quædā præclara opuscula: quibus nominis sui famā ad posteritatis noticiā transmisit: E quibus subiecta ferunt:
Super sententias: li. iiij
Summa uirtutū & uitiorum: li. j
De anima quoq;: li. j
Claruit sub Frederico imperatore secundo: Anno dñi Mill'.CC.L.

Enricus archiepūs Ebreduensis & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardi
b nalis: Hostiensis uulgariter nuncupatus: uir in utroq; iure peritissim⁹: qui
ob excellentiā ingenij & doctrinæ apud Alexandrū papā quartū in precio fuit: Scripsit quædā præclara opuscula: quibus nomen suū ad noticiā posteritatis transmisit. E quibus ego tm̄ uidi opus insigne & omnib⁹ notū:
Sup titul'.decretaliū: li. v Alpha & O.nnū in essentia.
Summā quoq; compendiosam: li. j
Cætera quæ composuit: ad noticiam meā adhuc minime uenerunt.
Claruit imperio uacante: Anno dñi Mill'.CC.L.

Alterus epūs Pictauiensis: ordinis fratrum minorum: uir in diuinis scripturis
g eruditus: & in sæcularis phiæ disciplinis nobiliter doctus: ingenio subtilis:
sermone scholasticus: in declamandis sermonibus ad populū excellentis industriæ fuit. Scripsit quædā non cōtemnēda opuscula: de quibus ferunt subiecta. Iubente nāq; Alexandro papa quarto stilo digessit ualde utiles p anni circulū:
Sermones: li. ij
Super sententias: li. iiij
Quodlibetorum: li. j Quæritur quō uirtus.
Claruit imperio uacante: Anno dñi Mill'.CC.L.

Alterus epūs Magolēsis ex Insulis oppido Flandriæ oriūdus: uir in diuinis
g scripturis lōgo studio exercitat⁹: & sæculariū lrārum nō ignar⁹: ingenio præstans & clar⁹ eloquio: qui suo tempore ppter doctrinā & eruditionē magnæ opinionis fuit: Scripsit ad petitionē præpositi & clericorum Insulēsis ecclesiæ:
Super psalterio: li. j

Et quasdam epistolas.
Alia quoq; nonnulla edidit: quæ ad noticiã nostrã minime uenerunt.

a Lexander dictus de uilla dei: patria Dolensis: ordinis: ut dicunt: fratrũ minorum: uir certe undecũq; exercitatus: grammaticus: p̃bus: astronomus & calculator insignis: Scripsit tam metro q̃ prosa nõ pauca opuscula: quibus nomen suum ad posteritatis memoriã transmisit: E quib⁹ ego tantũ adhuc reperi subiecta: Volumen metro leonico scriptũ de grãmatica: cui⁹ hodie in scholis puerorum usus est assiduus: nescio si tam utilis ,ppter imbecillioris ætatis defectũ: & ignauiã præceptorum. Prænotauit aũt hocipsum opus

Doctrinale puerorũ:	li.	iij	Scribere clericulis paro.
De computo ecclesiastico:	li.	j	Quis modo in fine tẽpo℞.
De sphæca:	li.	j	
De arte numerandi:	li.	j	

Fertur & alia complura scripsisse: sermones: ep̃las: uariosq; tractatus: qui ad man⁹ nostcas adhuc minime uenerunt.
Claruit magna religione & doctrina sub Frederico secũdo: Anno Mill'. CC. XL.

e Vstachius qui & Bonauentura de Balneo regio natus: ordinis fratrũ minorum minister generalis: ac deinde episcopus Albanensis & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis: Alexandri de Ales quondã auditor & discipulus: uir in diuinis scripturis eruditissimus: & in sæculari p̃hia nobiliter doct⁹: ingenio subtilis & clarus eloquio: uita & cõuersatione deuotus atq; sanctissimus: cui⁹ ingenium dotem naturæ & uitæ puritatẽ præceptor eius Alexander contemplãs dicere solebat: In fratre Bonauentura Adam peccasse nõ uidet'. Scripsit multa & profũda & deuotissima opuscula: quibus ardentia uerba ,pferens: non min⁹ affectum legẽtis in christi amore accendit: q̃ intellectũ doctrinis sanctis illuminat. Omnes eñ sui temporis doctores utilitate operũ facile præcellit: si spiritũ diuini amoris & christianæ deuotionis in eo loquentẽ attendas. Profundus est: nõ uerbosus: subtilis non curiosus: disertus non uanus: flãmanna non inflantia uerba ,pferens: unde & securius legit': facilius ab amante intelligit': utilius frequentat': dulcius & fructuosius retinetur. Multi doctrinã ,pferunt: deuotionẽ prædicant multi: pauci scribendo libros docuerũt utrãq;. Bonauentura aũt & multos superauit & paucos dum eius doctrina deuotionẽ: deuotio instruit doctrinã. Si ergo & doctus uis esse & deuotus: illius opusculis esto intentus: Quæ sũt

Super sententias:	li.	iiij	Profũda fluuio℞ scrutat⁹.
Breuiloquium:	li.	vij	Flecto genua mea ad.
Soliloquium:	li.	j	Dic quæso o hõ si post.
Itinecarij mentis in deũ:	li.	j	In principio primũ princi.
Lignũ uitæ:	li.	j	Christo confixus sũ cruci.
Exhortatorius ad frẽm:	li.	j	Qm̃ dilecte mi fcater.
De reductione artiũ &c.	li.	j	Om̃e datũ optimũ &.
Regimẽ consciæ id ẽ puũ bonũ:	li.	j	Ecce descripsi eã tibi tripli.
Itinerarij mentis in seipsũ:	li.	j	
Compendiũ scripturarũ:	li.	j	
De institutione nouitiorũ.	li.	j	
Centiloquium:	li.	iiij	Malũ cõsiderare occurit.
Pharetra sine scintillariũ:	li.	iiij	In conuersionis meæ pri.
De paupertate christi cõtra Guil.	li.	j	Quæstio est de pauptate.
De quinq; festis infantiæ xp̃i:	li.	j	Cũ fm uiro℞ uenerabi.
Ad Blancã ducissam:	li.	j	Primũ oim necesse habes.
De septẽ donis sp̃ũssancti:	li.	j	
De excellentia eucharistiæ:	li.	j	
De sex alis seraphin:	li.	j	

Illuminationũ insigne opus:	li.	j	In medio ecclīæ aperuit.
De trib⁹ ternarijs peccatoꝝ:	li.	j	Tres sũt ternarij peccatoꝝ.
De septẽ gradib⁹ contẽplatiõis:	li.	j	Contẽplatiuoꝝ aquilinos.
De ꝓfectu religiosoꝝ:	li.	j	Si nis in spũ ꝓficere.
De decem præceptis:	li.	j	Si uis ad uitã ingredi.
Apologia pauperũ:	li.	j	Sũmi legislatoris inuio.
Sup oratione dñica:	li.	j	Paťnoster. Orõ hæc priui.
Legenda sancti Francisci:	li.	j	Apparuit grã dei saluatoris
Constitutiones sui ordinis.	li.	j	
In Genesim. vij. uisionũ:	li.	j	
In euangeliũ Iohannis:	li.	j	In principio &c̃. Circa pri.
In euangeliũ Lucæ:	li.	j	Spũs dñi sup me. Conside.
De tribus quæstionibus:	li.	j	In noiato magistro: frater.
De sandalijs aplo̅ꝝ:	li.	j	Qm̃ fm aplm Iohannem.
De passione dñi:	li.	iij	Curriteꝰ gentes undiqꝫ:
Sermones per annũ:	li.	ij	

Eplæ plures ad diuersos.

Alia insup nonnulla edidit: quæ ad noticiam meã non uenerunt.

Moriť imperio uacante sub Gregorio papa decimo: in cõcilio Lugduneñ. Anno dñi Milľ. CC. LXXXIIII. Indictione. j. Sepult⁹ in ecclīa cathedrali Lugdunẽsi. Tandẽ ꝓpť sanctitatẽ & miracula nr̃is dieb⁹ canonizať ab Sixto papa quarto: sub Frederico imperatore tertio: Anno dñi. M. CCCC. LXXXII. Indictione. XV.

De quattuor nouissimis:	li.	j	
De uita domini Iesu:	li.	j	Fasciculus mirrhæ dilectus.
De præparatiõe ante missam:	li.	j	
De diffinitiõe nomis monachi:	li.	j	
Meditatiões passiõis domini:	li.	j	
Lectionarius mensæ:	li.	j	Cõmedite amici & bi.
Speculũ prælatorum:	li.	j	
Speculũ subditorũ:	li.	j	
Speculũ sacerdotũ:	li.	j	
Speculũ sæcularium hominũ:	li.	j	
Speculũ senectutis:	li.	j	
Colloquiũ Iesu & monachi:	li.	j	
Colloquiũ Iesu & prælati:	li.	j	Fac mecũ Iesu dulcissime.
Colloquiũ Iesu & senis:	li.	j	Ne indigneris quæso dñe.
Colloquiũ Iesu & heremitæ:	li.	j	
Colloquiũ Iesu & discipuli:	li.	j	
Cõtemplatio sanctæ Mariæ:	li.	j	Vulnerasti cor meũ soror.
Coronula sanctæ Mariæ:	li.	j	
Dialogus crucifixi & peccatoris:	li.	j	Ignosce quæso benignissie.
Dialog⁹ Mariæ & peccatoris:	li.	j	Verbũ mihi est ad te o re.
Dialog⁹ alius Mariæ & pctõris:	li.	j	
Meditatiões cõpassiõis Mariæ:	li.	j	
De nomie Iesu & Mariæ:	li.	j	
Sermones de tempore:	li.	j	
Sermones de sanctis:	li.	j	
Epistolarũ ad diuersos:	li.	j	

Et alia multa.

Morit̃ q̃ deuotissime sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa quarto: An/
no dñi Mill'. CCCC. LXXII Indictiõe. v. pridie Idus Februarias.

Acobus Zenus: patricius Venetus: epus ecclesiæ Patauinæ: uir in scriptu/
i ris sanctis studiosus & eruditus: & sæculariũ lrarũ nõ ignarus: ingenio sub/
tilis: eloquio disertus: cõsilio promptus & circũspectus: ac multarũ rerum
experientia insignis: Scripsit quædã præclara uolumina: quib⁹ nomẽ suũ ad poste
ros cũ gloria trãsmisit. E quib⁹ extat opus elegantissimũ:

De gestis summorũ ponti.	li.	j

Et quædam alia.

Moritur autem sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa quarto: Anno do
mini Mill'. CCCC. LXXVI. Indictiõe uero nona.

Vilhelmus Forlenn: natione Brito: ordinis fratrũ minorũ sancti Francisci:
g uir in diuinis scripturis eruditissim⁹: & in sæculari philosophia egregie do/
ctus: ingenio clarus: eloquio scholastic⁹: q in gymnasio Parisiẽsi: tũ docẽdo:
tũ disputãdo: tũq; scribẽdo magnã eruditionis suæ laudẽ cõmeruit: Edidit quædã
præclara in scripturis opuscula. E quibus extat celeberrimũ opus:

Super ſententias: li. iiij
Quæſtiones uariæ: li. j
Et alia complura.

Huius auditor atq; diſcipulus olim fuit uir doctiſſimus & theologorũ noſtræ tempeſtatis facile princeps:magiſter Stephan⁹ dictus Bruleffer: natiõe Gallus eiuſdẽ ordinis:qui in cõuentu Pariſiẽſi primũ theologiã docuit:poſtea ad obſeruãtiã ordinis ſe cõferens apud Moguntiacũ in germania: ſentẽtias ibidẽ legere cœpit: q̃s in cõuentu Metẽſi mõ cũ laude cõtinuat. Claruit aũt iſte Guilhelm⁹ ſub Frederico imperatore tertio:& Paulo papa ſecũdo:Anno dñi Mill.CCCC.LXX.

Libertus de Eybe:natiõe teutonicus:Bambergẽſis eccliæ canonic⁹: & Pij
a ſecũdi pontificis maximi cubiculari⁹:uir in ſæcularibus lr̃is ſtudioſus & eruditus:& diuinarum ſcripturaꝝ nõ ignarus: ingenio ſubtilis:eloquio diſertus:rhetor & poeta inſignis:Scripſit nõ ſpernẽdæ lectionis opuſcula:de quib⁹ extãt ſubiecta.Ad dominũ Iohannẽ ducẽ Bauariæ:Monaſteriẽſem epm & Magdeburgenſem poſtea primatẽ:opus inſigne prænotatũ:

Margarita poetica: li. j Optaſti ſæpenũero re.pat.
De re quoq; uxoria: li. j
Epiſtolarũ ad diuerſos: li. j
Et alia complura.

Claruit ſub Frederico imperatore tertio:& Pio papa ſecũdo: Anno domini Milleſimo.CCCC.LX.

Odericus epus Samorẽſis: uir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & erudit⁹: &
r ſæcularium litterarũ nõ ignarus:ingenio præſtans & clarus eloquio.Scripſit ingenij ſui nõ cõtemnẽdæ auctoritatis opuſcula:quib⁹memoriã ſui nomis poſteritati cõmendauit.De qb⁹ ego uidi adhuc tm̃ uolumẽ unũ qd̃ prænotauit:

Speculũ humanæ uitæ. li. ij Super cunctas humanas.
Cætera non uidi.

Claruit temporibus Frederici imperatoris tertij:& Pauli papæ ſecũdi: Anno domini Milleſimo.CCCC.LXX.

Mbroſius Choriolanus:ordinis fratrũ heremitarũ ſancti Auguſtini:gene
a ralis prior:patria Roman⁹:uir in diuinis ſcripturis eruditus:& ſciẽtia ſæcularũ litterarũ inſignis:excellens ingenio:& eloquio diſertus:doctus & eloquẽs:Scripſit quædã præclara opuſcula: quib⁹ nomẽ ſuũ imortalitati cõmẽdauit. De quib⁹ tamẽ ad noticiã lectionis noſtræ pauca puenerũt quæ ſubieci:

In regulã ſancti Auguſtini: li. j Ex omniũ parẽte doctorũ.
Eiuſdem regulæ cõmẽdatio. li. j Poſtq̃ beatus Auguſtinus.
In ſecundã regulam: li. j Acer ingenio uita præcla.
De uita ſancti Auguſtini: li. j Sæpenumero cũ in maio.
De eiuſdẽ laudibus li. j Conſueuere beatiſſ.pater.
Orationes uarias: li. j
Scripſit & alia plura.

Claruit autẽ ſub Frederico imperatore tertio:& Paulo papa ſecũdo:Anno domini Milleſimo.CCCC.ac.LXX.

Enedictus Stendel de Hallis:oppido Saxoniæ:natiõe teutonicus:uir in di
b uinis ſcripturis eruditiſſimus : & in philoſophia ſæculari nobiliter doctus: ingenio excellens & apertus eloquio:qui in gymnaſio Erfordenſi theologiam annis multis glorioſe docuit:& tã uita q̃ doctrina clarus effulſit.Scripſit quædam nõ ſpernẽdæ lectionis opuſcula: ex quib⁹ in dicta uniuerſitate legit ordinarie (ſubiecta:

In Geneſim: li. j
In Exodum: li. j
In Leuiticum: li. j

In Numeros: li. j
In Deuteronomiū: li. j
Sermones uarios: li. j
Collationes diuersas: li. j
Et quædam alia: in logica philosophia cæterisq; studijs & exercitijs scholasticis.
Claruit sub Frederico imperatore tertio: & Paulo papa secundo: Anno dñi Mill'. CCCC.ac.LXX.

f Ifridus epūs Cirenēsis titulatus: ordinis fratrū prædicatorū: natione teutonicus: archiepī Mogūtini Theoderici in pontificalib⁹ uicarius: uir in diuinis scripturis eruditissimus: & sæculariū litterarū non ignarus: hebraicæ & latinæ linguæ peritus: ingenio subtilis & clarus eloquio: disputator acutus: & diuini uerbi prædicator egregius: consilio promptus: uita præclarus: Scripsit quædā digna lectione opuscula: quib⁹ nomē suū posteris notificauit. De quibus extant subiecta: ad Theodericū archiepiscopū prædictū:
De iudæorum usura: li. j Quærit' in foro cōscientiæ.
De censibus & reemptiōe: li. j Quærebat' primo an li.
Sermones & collatiōes: li. j
Quæstiones uariæ: li. j
Et quædam alia.
Claruit sub Frederico imperatore tertio: & Pio ac Paulo Romanis pontificibus: Anno domini Mill'. CCCC.LXX.

g Odescalcus de Mesche de: natione teutonicus: patria westphalus: uir in diuinis scripturis studiosus & erudit⁹: & in sæculari philosophia egregie doctus: acer ingenio: uita præclarus: doctor sacræ theologiæ profundus: qui multis annis in gymnasio Erfordensi eam scientiā gloriose docuit: & magnā eruditionis suæ laudem ab omnib⁹ cōmeruit. Scripsit & legit in eadem uniuersitate quædā præclara opuscula: quibus nomē suū posteris notificauit. E quib⁹ ferunt':
Quæstiones sententiarū: li. iiij
Sermones & collatiōes: li. j
Quæstiones uariæ disputatæ: li. j
Et alia complura.
Huius frater Theodericus Gresmundt de Meschede artiū & medicinæ doctor: uir undecūq; doctissim⁹: adhuc superstes Mogūtiæ residet: qui & ipse int' alia tractatum elegantē composuit: de regimine sanitatis tēpore pestilentiali. Filiū habet suo nomine Theodericū appellatū: uix tria lustra ætatis implentē: cuius admirandum ingeniū: & singularis tū eruditio: tum eloquentia: multos profectæ ætatis (doctores etiam) longe præcellit: cui⁹ ad me extat liber insignis de.vij. artibus liberalibus. Scripsit em̄ tam ad me q̄ ad alios pene infinitas epistolas: cuiuscūq; argumēti ornatissimas: uariasq; orationes Ciceronianā disertitudinem præferētes: adeo ut uelut alter Adeodatus Augustini sanctissimi quōdā filius: suo ingenio & scribēdi argumētandiq; promptitudine ac sollertia multis (doctis etiā uiris) sit admiratiōi & stupori. Godescalcus autē patris sui frater. Claruit sub Frederico imperatore tertio: Anno domini Mill'. CCCC.LXX. Et ante hoc decēniū mortuus est.

f Tephan⁹ Hoest Laudēburgēsis: ecclīæ Spirēsis olim canonic⁹: natiōe teutonicus: uir in sæcularib⁹ litteris erudit⁹: & diuinarū scripturarū nō ignar⁹: philosophus & orator celeberrimus: ingenio acer: & disertus eloquio: in declamādis sermonib⁹ ad populū insignis: quippe qui aliquot annis in castro Heydelbergensi prædicatoris gessit officiū: Scripsit nō spernēda opuscula: quibus memoriā sui nominis posteris cōmendauit. E quib⁹ extat:
In libros Ethicorū: li. x
Sermones & collationes: li. j

Carmina & quædam alia.
Moritur sub Frederico imperatore tertio: & Paulo papa secundo: Anno domini Mill'.CCCC.LXXI. Indictione quarta.

b Ernardus Iustinianus: patria uenetus: phus & orator celeberrim⁹: ingenio excellens & disertus eloquio: qui ob singularem dicendi gratiam non modo apud senatũ suũ uenetũ: uerumetiã apud Romanos põtifices: cardinales: & cæteros Italiæ principes ac urbiũ senatores in p̃cio est habitus: Scripsit inter cætera ingenij sui monimẽta Laurentij Iustiniani p̃triarchæ ueneti auũculi sui:

Vitam & sanctiss. cõuersationẽ: li. j
Historiarum quoq3: li. j
Orationes plures & elegantes: li. j
Ep̃las & quædã alia.

Claruit sub Frederico imperatore tertio: & Paulo papa secundo: Anno dñi nostri Iesu christu Mill'.CCCC.ac.LXX.

b Einricus de Piro: natione teutonic⁹: ex ciuitate Coloniensi oriundus: ordinis carthusiensiũ. p̃fessus dom⁹ sanctæ Barbaræ in eadẽ ciuitatẽ: ante ordinis ingressũ doctor utriusq3 iuris subtilis & famosus: & postea etiam in diuinis scripturis exercitat⁹: Scripsit quædã præclara uolumia: de qb⁹ subiecta ferũt:

Super institutis: li. iiij Annuẽte mihi oim legisla.
Ad nouitios quoq3 li. j
Consilia in diuersis casibus: li. j
Sermones de tempore: li. j
Sermones de sanctis: li. j
Et quædam alia.

Claruit temporibus Frederici imperatoris tertij: & Pauli papæ secundi: Anno domini Mill'.CCCC.LXX.

n Icolaus donis: natione teutonicus: ordinis diui patris Benedicti: uir in sæcularib⁹ litteris studiosus & erudit⁹: & diuinarũ scripturaꝝ nõ ignat⁹: phus & mathematicus insignis: cosmographiæ Ptolemæi uigilantissim⁹ repertor: & sagacissimus instaurator: ingenio præstans & clarus eloquio: Scripsit nõ cõtemnenda uolumina: quibus nomen suum ad posteros transmisit. E quibus extat opus mirandum & celeberrimũ: cum picturis & nouis tabulis elegantissime ordinatis: & diligentissime correctis:

In cosmographiam Ptolemæi:
Ad Paulũ papam secundũ: li. viij Nõ me fugit beatissime pr.
De locis quoq3 mirandis: li. Qm̃ ut ait Augustinus.
Epistolæ uariæ ad diuersos.
Et quædam alia.

Claruit aũt sub Frederico imperatore tertio: & Paulo papa secundo: Anno domini Mill'.CCCC.LXX.

g Eorgius de Burbach: natione teutonicus: uir in sæculariũ lr̃aꝝ scientia peritissimus: & sanctarum scripturaꝝ non ignarus: phus & astronomus omniũ sui temporis facile luculentissimus: qui in gymnasio wienensi phiam & astrorũ scientiam multo tempore publice docuit: ubi inter alios innumeros discipulos Iohannẽ de regiomonte uirum postea doctissimũ erudiuit. Scripsit ingenij perspicacis præclara quædã opuscula: De quoꝝ numero ego uidi dumtaxat:

Theoricas planetaꝝ nouas: li. j Sol haber tres orbes a se.
De alijs adhuc nihil uidi.

Claruit sub Frederico imperatore tertio: & Pio ac Paulo Romanis pontificibus: Anno domini Mill'.CCCC.LXX.

d Omicius calderinus: patria ueronensis: rhetor luculentissimus: & omnium bonarum artium disciplinis ad perfectũ imbutus: græci & latini sermonis

egregie peritus:ingenio subtilis & disert⁹ eloquio. Scripsit multa in lr̃is human itatis præclara opuscula: quibus memoriam sui nominis ad posteros transmisit. E quibus subiecta feruntur:

In Iuuenalem:	li.	j	Satyraꝝ genera duo ag.
In Marcialem:	li.	j	
In Suetonium:	li.	j	
In Ibin Nasonis:	li.	j	
In epl'as Ciceronis:	li.	j	
Aduersus Brotheũ grãmaticũ:	li.	j	Vtinam Heli & marce cõ.
Epl'aꝝ ad diuersos:	li.	j	

Orationes uariæ.

Et alia complura:

Moritur sub Frederico imperatore tertio:& Sixto papa quarto : cuius secretarius fuerat: Anno dñi Mill'.CCCC.LXXVII. Indictione decima.

Obannes tinctoris:natione teutonicus:Coloniẽsis :uir in diuinis scripturis
I studiosus & eruditus:& in sæculari pħia nobiliter doctus : ingenio acut⁹ &
disputator egregius:qui in gymnasio Coloniensi theologiam multo tempore publice docuit:& eruditionis suæ laudes ingentis acquisiuit. Scripsit non cõtemnenda opuscula:de quibus ferunť subiecta:

Dissentiones Thomæ & Scoti		
Concordare cœpit in.	li.	j
Quæstiones sententiaꝝ:	li.	j

Collationes quoq; uariæ:

Et quædam alia.

Claruit in præfato gymnasio sub Frederico imperatore tertio & Paulo papa secũdo: Anno dñi Mill'.CCCC.LXX.

Icolaus perotus saxoferratensis:& Sipontinus episcopus:uir in diuinis scri
n pturis eruditissimus:& in sæcularibus litteris nulli suo tempore secundus:
egregius theologus: ac rhetor disertissimus:ingenio acer & uita præclar⁹: Scripsit quædam luculenta opuscula:quibus nomen suum posteris notificauit. E quibus extant:opus insigne duobus uoluminibus diuisum: in Marcum ualerium marcialem poetam:omnẽ latini sermonis elegantiam :rationem & enucleationẽ pulcherrime complectens:quod prænotauit cõmentariorum linguæ latinæ uolumen:siue ut uulgo appellatur:

Cornupiam:	li.	ij	Barbara & c̃. blanditur do.
De pueroꝝ eruditione:	li.	j	
De generibus metroꝝ:	li.	j	

Orationes & uariæ epl'æ.

Alia insup multa scripsisse diciť:tam in diuinis lr̃is q̃ in humanis:ac nonnulla e græco transtulisse in latinum:sed ad manus nostras non uenerunt.

Claruit sub Frederico imperatore tertio:Pio & Paulo Romanis pontificib⁹: Anno dñi Mill'.CCCC.LXX.

Ntonius roselus:natione tuscus:utriusq; iuris ꝓfessor eximius:& celeberri
a mus interpres ac aliarum bonarum artium disciplina plurimũ decoratus:
ingenio præstans & disertus eloquio:qui in gymnasio Patauino multis annis iura docuit. Scripsit multa præclara opuscula:quib⁹ nois sui memoriã posteris cõmendauit. Sed ego nihil corũ me usq̃ uidisse memini. Ferť aũt ei⁹ insigne opus

De monarchia mundi:	li.	iij

In legibus uarij tractatus.

Et alia complura.

Moritur sub Frederico imperatore tertio: uegeta senectute: Patauij sepultus:

Anno dñi Mill'.CCCC.LXVII. Indictione.xv.

Obãnes beetz: natione teutonic⁹: ordinis frm beatæ Mariæ semp uirginis
i de mõte Carmeli: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & sæcula-
ris lfaturæ nõ ignar⁹: theologus excellẽs: & phus subtilis: ingenio acer: ui-
ta præclarus: disputator quæstionũ egregius: & in declamandis sermonib⁹ ad po-
pulum insignis: Scripsit quædam præclara opuscula: De quibus ferunt subiecta:

In eplam Pauli ad Romanos:	li.	j	
Præceptorium diuinæ legis:	li.	x	Sacra scriptura diuinit⁹ in.
De sacramento altaris:	li.	j	
Sermones de tempore:	li.	j	
Sermones de sanctis:	li.	j	
Quæstiones uariæ dispu.	li.	j	

Alia insuper nonnulla edidit: quæ ad noticiã nostræ lectionis non uenerunt.
Moritur sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa quarto in conuentu suo Teneusi: Anno dñi. M.CCCC.LXXVI. Indictiõe nona. xvj. Calend'. Augusti.

Artholomæus cepolla: Veronensis natione: iurecõsultus celeberrim⁹: &
b aliarum disciplinarũ sæcularis litteraturæ cultor insignis: qui in gymnasio
Patauino ordinarie legẽdo: disputãdo & scribẽdo magnã eruditionis suæ
laudẽ acquisiuit: Scripsit multa præclara opuscula: quib⁹ memoriã sui nois poste-
ritati cõmendauit. E quibus extat opus ꝓfecto subtilissimũ qđ prænotauit:

Cautelas iuris causaꝝ ciuiliũ:	li.	j	Notandũ singulariter ꝙ.
De simulatis contractib⁹:	li.	j	
De prædijs urbanis:	li.	j	
De prædijs rusticorum:	li.	j	
De re quoqꝫ militari	li.	j	

Et alia complura.
Moritur autem tempore Frederici imperatoris tertij: Et Sixti papæ quarti: Anno domini Mill'.CCCC.LXXVII. Indictione. x.

Obannes de Regio mõte: natione teutonicus Georgij burbachij astrono-
i mi quondã discipulus: non minor Anaximandro milesio: aut syracusano
Archimede: græca & latina eloquentia eruditissim⁹: germanorũ dec⁹: ob
astronomiã cæterasqꝫ mathematicas disciplinas a Matthia Pannoniæ rege: & con-
sulatu ciuibusqꝫ Nurenbergensibus perpetuo donatus stipendio: magnã eruditi-
onis suæ laudem non modo apud germanos suos: uerumetiã apud Italos gallosqꝫ
consecutus est. Nam a Sixto sũmo pontifice ad emendandũ paschalem Dionysij
computũ: Romã accitus: dũ plæraqꝫ posteritati parat: non sine maxima studioso-
rũ iactura morbo perijt. Scripsit quædã præclara opuscula: de qb⁹ extãt subiecta:

Calendarium perpulchrũ.	li.	j	
Ephimerides: id est diarius:	li.	j	
Contra Gerardũ cremoneñ:	li.	j	Postq̃ emisimus indicem.
Epistolarum & orationũ:	li.	j	

Et alia complura.
Moritur aũt Romæ sub Frederico impatore tertio: & Sixto papaquarto: Anno domini Mill'.CCCC.LXXVI. Indictione nona.

Erardus de Elten: natione teutonicus: uir in diuinis scripturis studiosus: &
g erudit⁹: & sæcularis phiæ non ignarus: acer ingenio: uita præclar⁹: Posteaq̃
theologiã in Coloniensi gymnasio multis annis gloriose docuerat: mundi
uanitatibus contemptui habitis: in senectute sua ordinẽ prædicatoꝝ pro detamu-
re in eadem ciuitate Agrippina ingreditur: & mox hæreticæ prauitatis inquisitor
& exterminator cõstituitur. Scripsit inter alia: ut ferunt:

Quæstiones sententiaꝝ:	li.	j

Quæstiones disputatas: li. j
Sermones & coll. li. j
Varia quoq; in p̄bia:
Et alia complura.

Claruit sub Frederico imperatore tertio: & sūmo pōtifice Sixto quarto: Anno domini nostri Iesu christi Mill. CCCC. LXXV.

a Lexander tartagni de Imola: iureconsultus & studiosus & eruditus: & in aliis sæcularium disciplinarū institutionibus probe expertus: ingenio excellens & præclar⁹ eloquio: Scripsit ad utilitatē eorū qui studio iuris utriusq; inuigilant quædā præclara uolumina: quibus nomen suū ad noticiam posteritatis transmisit: De quorū numero subiecta feruntur:

In sexto decretalium: li. j
In Clementinis quoq;: li. j
Super Codice etiam: li. ix
Super. ff. ueteri: li. xxiiij
Super. ff. nouo: li. xij
Super. ff. Inforciati: li. xiiij
Et quædam alia.

Claruit tempore Frederici imperatoris tertij: & Sixti papæ quarti: Anno domini Mill. CCCC. LXX.

i Obannes soreth: natione normanus: ordinis fratrum beatæ Mariæ semp uirginis de monte Carmeli: quintus & uicesimus prior generalis: uir in diuinis scripturis doctissimus: & sæcularis p̄biæ nō ignarus: ingenio subtilis: eloquio dulcis & clar⁹: uita & cōuersatiōe deuot⁹: & singularit̄ religiosus & sanct⁹: carmelitici ordinis decus: gloria: splendor & reformator: qualē nr̄a raro uiderunt sæcula: rarius cernent uentura: totus deo deditus: totus lectioni & orationi intentus: cōtemptor mūdi: amator: norma & speculū monasticæ cōuersationis: angelicæ puritatis imitator: uirtutum custos: uitiorū acerrimus hostis: Scripsit præclari ingenii sui multa cōmendanda opuscula: De quib⁹ extant subiecta:

Super sententias: li. iiij
Sermones uarij: li. j
In regulā ordinis sui: li. j
In eandem maius cōmentū: li. j
Constitutiones ordinauit: li. j
Scripsit & alia complura.

Moritur Andegauis sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa: Anno domini Mill. CCCC. LXXI. Indictione tertia. viij: Calend. Augusti.

t Heodorus Gaça thessalonicensis: uir in sæcularibus lr̄is egregie doctus: & sanctaꝝ scripturaꝝ non ignarus: græcæ latinæq; eruditissim⁹: ingenio excellens & disertus eloquio: multa scripsit opuscula: de græco in latinū multa transtulit: quibus memoriā sui posteris cōmendauit. De cuius scriptis ad noticiam nostræ lectionis nihil usq̄ peruenit. De traductis aūt feruntur:

Theophrastus de plantis: li. j
Aristotelis problemata: li. j
Idem de animalibus: li. j
Et quædam alia.

Morit̄ Romæ sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa quarto: Anno domini Mill. CCCC. LXXVIII. Indictione. xj.

i Obannes de Lutrea: natione teutonic⁹: uir in diuinis scripturis studiosus & erudit⁹: & in p̄bia scholastica egregie doctus: ingenio acer: uita præclarus: & declamator sermonū celeberrimus: q primū in gymnasio Erfordēsi

theologiã gloriose docuit: & postea in ecclesia Moguntina prædicatoris officium strenue gessit. Scripsit quædam non spernendæ lectionis opuscula: quibus memoriam sui posteris reliquit. E quibus feruntur subiecta:

Super sententias: li. iiij
Sermones uarij: li. j
Quæstiones disputatæ: li. j
Et quædam in phia. li. j

Moritur sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa quarto: Anno dñi Mill. CCCC.LXXIX. Indictione duodecima.

Lanus de rupe: natione teutonicus: ordinis fratrum prædicatorum: uir in
a diuinis scripturis eruditus: in declamãdis sermonibus ad populum excel-
lentissimæ opinionis: uita & conuersatione deo deuotus: & beatæ Mariæ semp uirginis amator præcipuus: eiusq; rosarij & famulatus ꝓmotor uenerand⁹: a qua etiam singulari dono supernæ consolationis aliquotiens meruit recreari: & iam in æterna fœlicitate refoueri. Scripsit inter alia ingenij sui opera:

Compendiũ psalterij Mariani. li. j Quia catholicæ ueritatis.
De miraculis rosarij: li. j Quis speciosa laus nõ.
Sermones quoq; uarios: li. j
Et quædam alia.

Moritur autẽ in conuẽtu suo Zwollensi: sub Frederico imperatore tertio & Sixto papa quarto: Anno domini Mill.CCCC.LXXIIII. Indictione septima: in uigilia assumptionis beatæ Mariæ uirginis: Cuius rosarium & passionis christi recordatiuum psalterium: qđ diu iam fuit neglectum reuocauit ad mentes & exercitia hominum: ob cuius honorẽ confraternitatem instituit: quæ per apostolicã sedem confirmata: in dies augetur: & multis salutare præbet exercitium.

Onradus de Zabernia: natione teutonicus: uir in scripturis diuinis studi-
c osus & exercitatus: & sæcularis litteraturæ præsertim musicæ non igna-
rus: ingenio docilis: & uita exemplaris: in declamandis sermonibus ad populum clarus & deuotus. Scripsit aperto sermone quædã non spernenda opuscula: quibus ingenium suum utiliter & fructuose exercitans: etiam posteris memoriam nominis sui commendauit. De quorum numero extant subiecta:

De monochordo: li. j Cũ ut quidam sapiens.
De modo bene cantandi: li. j In fauorem totius cleri.
De fine collectarum: li. j Quãq̃ plerisq; de.
Sermones multi & uarij: li. j
Et quædam alia.

Claruit Anno domini Mill.CCCC.&.LXX. sub Sixto põtifice quarto: sub quo & mortuus est.

Aurentius calcaneus brixianus: uir nobilis: eques aurat⁹: & legum doctor
l celeberrimus: pħus & historiologus luculentissimus: ingenio & eloquen-
tia clarus: ac disputator quæstionũ acutissim⁹. Scripsit quædã præclara uolumina: quibus nomen suum ad posteros transmisit: de quib⁹ subiecta feruntur:

De cõmendatione studiorum: li. j
De septẽ peccatis mortalibus: li. j
De conceptione sanctæ Mariæ: li. j
Consilia quoq; plura: li. j
Et quædam alia parua.

Moritur autem sub Friderico imperatore tertio: & Sixto papa quarto: Anno domini Mill.CCCC.LXXVIII. Indictione undecima.

Ohannes de Dorstein: natione teutonicus: ordinis fratrum heremitarũ
i sancti Augustini: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & sæcularis

pħiæ non ignarus: ingenio subtilis: & ad disputādas enodandasq; quæstiones scripturarum satis idoneus: in declamandis quoq; sermonibus ad populum excellentis opinionis: q in gymnasio Erfordensi docendo & prædicando in precio est habitus: Scripsit non contemnēda opuscula: quibus memoriā sui posteris cōmēdauit. De qnibus feruntur:

Sermones de tempore:	li.	j
Sermones de sanctis:	li.	j

Et quædam alia.

Claruit in cōuentu Erfordensi sub Frederico impatore tertio: & Sixto papa quarto: Anno dñi Millˀ.CCCC.LXXV.

a

Ngelus saxo de Brunsuico: natione teutonicˀ: uir in diuinis scripturis eruditissimus: & in sæculari pħia egregie doctus: ingenio acer: uita præclarus: in declamandis sermonibus ad populum celeberrmæ opinionis: quippe q post adeptum magisteriū docēdi in gymnasio Erfordensi apud Moguntiā multo tempore prædicatoris gessit officium: Scripsit inter alia opus quoddā insigne:

In Canonem missæ:	li.	j
Sermones uarios:	li.	j
Quæstiones diuersas:	li.	j

Et quædam alia.

Moritur Argentinæ in cœnobio pœnitentium sepultus: sub Frederico imperatore tertio: Anno dñi Millˀ.CCCC.LXXXI. Indictione. xiiij.

f

Randiscus philelfus: ex uetusto Tolentini oppido natus: eques auratus & poeta laureatˀ: pħus & orator celeberrimˀ: Chrysoloræ Byçantini pħi quondam in iuuentute apud Venetias auditor: a quo græcam eloquentiā ac latinam perfectissime didicit: uir adeo studiosus & bonarum artium amator & cultor indefessus: ut uelut alter Plinius inter cōtinuas bellorū occupationes semp aliquid aut legeret sibi: aut dictaret alijs. Scripsit em̄ utroq; sermone: tam prosa q̄ carmine: multa præclara uolumina: quibus memoriam celeberrimi ingenij posteris reliquit. E qnibus extant:

Eutiphron de pietate:	li.	j	
De morali disciplina:	li.	viij	
Vita Nicolai papæ quinti:	li.	ij	
Consolatorius ad amicum:	li.	j	Cupienti mihi aliquid ad.
De diuersitate legum:	li.	j	Q₂ multarum legum men.
Sphorciadoꝝ uersu heroico:	li.	ix	
Satyrarū eodē metro:	li.	x	
De iocis & serijs hexametro:	li.	vj	
Lyricorū om̄i genere metri:	li.	vj	
Orationes uariæ. lx.	li.	j	Si fieri posse censerem.
Epistolaꝝ latinarum:	li.	xvj	Q₂ nihil apud me duxe.
Epl'aꝝ græcarum:	li.	xxxix	
Græcis uersibus per odas:	li.	iiij	
Conuiuioꝝ prosaice:	li.	ij	
De exilio quoq;:	li.	iij	

Et alia complura.

Multa præterea uertit in latinum: e quibus subiecta ferunť. Rhetorica Aristotelis ad Alexandrū regem. li. j. Ex Platone. li. ij. Hippocratis de flatibus & corporis passionibus. li. ij. Ex Plutarcho: Thesei & Galbæ Ottonisq; uitas. Apophthegmata quoq; li. ij. Et alia plura. Hic Franciscus ut diximˀ Chrysoloræ Byçantini clarissimi uiri auditor & gener fuit: a quo cum doctissimus euasisset: primū apud Venetos: postea apud Florentinos: Senenses: Bononienses: & demum Mediolanenses sub

quattuor ducib⁹ cũ annua pẽsione græcas latinasq; lrãs plurimos gloriose docuit. Moritur autem Bononiæ: nonagenarius & pauper: imo ut pħus & christian⁹ sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa: Anno dñi Mill'. CCCC.LXXXI. Indictione.xiiij. Anno post obitum Marij filij.

m Arius phileIfus: Francisci phileIfi supradicti filius: eques aurat⁹ (quales nostri milites appellant) & laureatus poeta: pħiæ & artium doctor celeberrimæ opinionis: & tam diuinarũ scripturarũ q̃ utriusq; iuris scientia insignis: in gymnasio Mantuano ad lectionẽ publico conductus salario: ibidem & uitæ studij finem fecit. Scripsit inter cætera: Opus præclarum præceptorum:

Artis rhetoricæ: li. iij Decreuerã iam dudũ ali.
Orationes elegantes: li. j
Epl'arum ad diuersos: li. j
Cantilenas & rhythmos.

Sed & alia multa metro & prosa composuit: quæ ad me non uenerunt. Moritur autem Mantuæ sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa quarto: Anno domini Mill'. CCCC.LXXX. Indictione.xiij.

t Heodericus de Herxen: natione teutonicus: ordinis fratrum clericorũ in cõmuni uiuentium uisitator: uir deuotus: & in diuinis scripturis studiosus & eruditus: ingenio promptus: sermone apert⁹: uita & cõuersatione præclarus. Scripsit ad ædificationẽ simpliciũ fratrũ multa deuota uolumina: quib⁹ ingenũ suũ utilit' exercitãs memoriã sui posteris reliquit: E quib⁹ ista ferunt':

In toto psalterio: li. j
Super oratione dñica: li. j
Super Aue Maria: li. j
De passione dñi: li. j
De moriendi desiderio: li. j
Et alia multa.

Claruit sub Frederico imperatore tertio: & Sixto pontifice quarto: Anno domini Mill'. CCCC.LXXVI.

d Ominicus de dominicis: patria uenetus: primũ torcellanus: & postea brixianus epũs: & referendarius apostolicus: uir in diuinis scripturis erudit⁹: & in sæcularib⁹ litteris doctissimus: pħiæ: dialecticæ & astronomiæ: ac eloquentiæ egregie decoratus: qui ob ingentis uirtutes suas apud Romanos pontifices Pium: Paulũ & Sixtũ magno in precio habitus: sæpe legationis mun⁹ impleuit: Scripsit excellentis ingenij plura opuscula: sed nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse. Feruntur autem eius elegantes:

Orationes de diuersis: li. j
Sermones quoq; uarij: li. j
Et multi tractatus.

Morit' apud Brixiã sub Frederico imperatore tertio: & Sixto quarto sũmo pontifice: Anno domini Mill'. CCCC.LXXVIII. Indictiõe undecima.xiij. Calend'. marcij. Aetatis anno sexagesimo.

l Vdouicus donatus patricius uenetus: & Pergomensis epũs: uir in diuinis scripturis eruditus: & pħiæ scholasticæ non ignarus: pietate quoq; religione: clementia: & mansuetudine insignis: ingenio subtilis: & clar⁹ eloquio: Scripsit quædã luculenta opuscula: quibus memoriã sui posteris reliquit. E quibus nihil usq̃ uidere merui. Fertur aũt eius insigne opus ad Paulũ secundũ:

Super sententias: li. iiij
Orationes quoq; uariæ: li. j

Morit' sub Frederico impatore tertio: & Sixto pontifice quarto: Anno dñi Mill'. CCCC.LXXXIIII. Indictiõe secũda. Sepult⁹ i ecclĩa sancti Vincẽtij martyris.

c Onradus de Rodenberg natione teutonicus: abbas monasterij sancti Iohannis baptistæ Rinaugiensis: Moguntinæ diocesis: ordinis diui patris Benedicti: uir deuotus & eruditus: & regularis obseruātiæ custos & amator præcipuus: qui antea multis annis apud sanctū Matthiā aplm Treueris: & diuum Martinum Coloniæ prioris gessit officium: Cū esset beatæ Mariæ semp uirginis ardentissimus amator: scripsit in ipsius honorem aperto sermone celeberrimū uolumē: sumpta de singulis membris eius (sub typo botri) materia laudis: cui aptissimū titulum imposuit:

De uinea dñi sabaoth:	li.	j	Fundamēta eius in mōtib⁹.
Exercitium nouitiorum:	li.	j	Videte uocationē urām f.
De præparatione ante missā:	li.	j	Dñs noster Iesus christus.
De ruina ordinis: orationem:	li.	j	Cecidit corona capitis.
De causis ruinæ: orationē:	li.	j	Capite nobis uulpeculas.
De cura pastorali: orationē:	li.	j	Beatus seruus quē inue.

Et uarias coll'. in capl'is.

Moritur sub Frederico imperatore tertio: & Innocentio pontifice octauo: Anno dñi Mill'. CCCC.LXXXVI. Indictione quarta. viij. Calend'. Ianuarij. Sepultus in abside dextera chori ante altare sancti Benedicti uersus ambitū.

f Tephanus de Gaieta neapolitan⁹: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & utriusq; iuris ꝓfessor ac interpres doctissimus: ingenio acutus: & ad disputandas soluendasq; quæstiones scripturaꝝ satis idoneus: eloquio clarus atq; compositus: Scripsit ad Iohannem baptistam de Benteuoleis de saxoferrato: Ferdinandi Siciliæ regis consiliarium: opus celeberrimū:

De sacramentis:	li.	vij	Ad limina beati Petri ap.

Et quædam alia.

Claruit tempore Frederici imperatoris tertij: & Sixti pontificis quarti: Anno domini Mill'. CCCC. LXX.

g Eorgius molitoris Nuenburgensis: natione teutonicus: uir in diuinis scripturis longo studio exercitatus & egregie doctus: atq; in phia scholastica (quā aristotelicā uocant) nō mediocriter eruditus: ingenio acer: uita præclarus: in gymnasio Erfordensi theologiam pluribus annis publice docuit: & magnam eruditionis suæ laudē reportauit. Scripsit ingenij sui quædā præclara opuscula: quibus memoriā sui posteris cōmendauit: E quib⁹ subiecta ferunt':

Super sententias:	li.	iiij
De passione domini:	li.	j
Sermones multi:	li.	j

Quæstiones uariæ.

Et alia complura.

Moritur sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa quarto: Anno domini Mill'. CCCC. LXXXIIII. Indictione secunda:

b Artholomæus cognomento platina: patria cremonēsis: apostolicus quondam abbreuiator: uir undecūq; doctissim⁹: phūs & rhetor celeberrim⁹: ingenio subtilis & uehemens: eloquio disertus & mulcens: animo constans & ualid⁹: multas a Paulo papa secundo calamitates sustinuit: adeo ut bonis omib⁹ & dignitate spoliatus: post eculei suspēsionē in carcerē crudelissime detrusus: usq; ad mortem ipsius Pauli detentus est. Qui a Sixto mox liberatus: ad imitationem Eutrandi Ticinēsis diaconi a Berēgario rege Italiæ similia passi: Pauli mores & uitia per Antipodosim non insulse notauit. Scripsit em̄ ad Sixtū pontificē quartū:

De gestis Romanoꝝ pontificū:	li.	j
De naturis rerum:	li.	j
Epl'aꝝ ad diuersos:	li.	j

Et quædam alia.
Moritur Romæ ex peste: sub Frederico impatore tertio: & Sixto pontifice quarto: Anno dñi Mill.CCCC.LXXXI. Indictione.xiiij.

Icolaus de wacbenheim: natione teutonicus: uir in diuinis scripturis eruditissimus: & in sæculari phia egregie doctus: ingenio excellens: & clar⁹ eloquio: qui in Heydelbergensi gymnasio per annos ferme quinquaginta docendo: legendo ac disputando uelut princeps theologorum in maximo precio fuit. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula: quib⁹ nominis sui memoriã etiam posteritati cõmendauit. E quibus ad me pauca peruenerũt:
n

Quæstiones sententiarũ: li. j
Sermones multi: li. j
Collationes plures & orõnes: li. j Quia approbante sacri.
Et quædam alia.

Claruit Heydelbergæ sub Frederico imperatore tertio: Anno dñi Mill.CCCC.LXXX. Iam ualde senex: & sub Sixto pontifice quarto: ante hoc ferme septennium mortuus est.

Ichael de Mediolano: ordinis fratrum minorum: in scripturis sanctis studiosus & eruditus: & sæcularis litteraturæ nõ ignarus: ingenio subtilis: uita & conuersatione præclarus: in declamandis sermonib⁹ ad populũ celeberrimæ opinionis: Scripsit ad utilitatẽ eorũ qui declamationib⁹ uacant: nõ spernẽda opuscula: quib⁹ etiã posteritati nomen suũ notificauit. De quibus extant:
m

Sermones de tempore: li. j
Sermones de sanctis: li. j
Sermones per aduentum: li. j
Sermões de pœnitẽtia p q̃dragesimã li. j
Sermones de peccatis: li. j
Sermones de decẽ præceptis: li. j
Et quædam alia. Claruit sub Frederico imperatore tertio: Anno domini Mill.CCCC.LXXX. Et sub Innocentio papa octauo morit.

Ixtus papa quartus: natione ligurgus: ex Sauona urbe maritima nat⁹: Frãciscus antea uocatus: ordinis fratrũ minorũ minister generalis: sedit post Paulum secundũ in cathedra Petri annis tredecim: uir in diuinis scripturis eruditus: & disputator egregi⁹: amator cleri: religiosorũ promotor: & benefactor singularis: eorum maxime quos uita obseruãtialis cõmendabat: quẽ Paulus papa semel disputantẽ audiens: tantũ admiratus est: ut eũ cardinalat⁹ honore dignũ fecerit. Scripsit ante pontificatũ quædã præclara opuscula: E quib⁹ ista ferunt:
f

De futuris contingentib⁹: li. j
De potentia dei: li. j
De sanguine christi: li. j
De conceptione sanctæ Mariæ: li. j
Et quædam alia.
Moritur sub Frederico imperatore tertio: Anno dñi Mill.CCCC.LXXXIIII. Indictione secunda.

Obannes cõsobrinus: Portugalẽsis natione: ordinis fratrũ beatæ Mariæ semp uirginis de mõte Carmeli: uir in diuinis scripturis eruditissim⁹: & sæcularis lrãturæ ac iuris canonici nõ ignar⁹: ingenio excellẽs: in declamãdis sermonib⁹ ad populũ celeberrimæ opiniõis: cõtra inimicos fidei primũ in Anglia ac deinde in Portugalia magnos & efficaces latrat⁹ dedit: hæreses & errores q̃plurimos disputando: prædicando: scribendoq; reprobauit & confutauit. Scripsit ad instantiã præpositi regalis collegij diuæ Mariæ de Ambten in Anglia insigne op⁹ tripertitum de contractibus & cõmutationibus: quod prænotauit:
i

De iusticia cōmutatiua: li. iiij
Sermones uarios: li. j
Et quædam alia.
Conflatum francisci Maronis grato compendio breuiauit.
Claruit anno dñi Mill'. CCCC. LXXV. Et sub Sixto pontifice quarto: Vlixbonæ pto fide intoxicatus morit'.

b Einricus cognomento prudens: ordinis carthusiensiū: prior domus uallis iuxta Brugas in Flandria: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: ingenio clarus: uita & conuersatione deuotus: & deo singulariter deditus: Scripsit pro institutione religiosoꝝ quædā præclara opuscula: quibus nomen suū posteris notificauit: De quibus extat opus celeberrimū deuotioni maxime cōgruum: & in tres partes sm differentias statuum: incipientium: proficientiū & pfectorum diuisum: per modum dialogi: in quo collocutores intro ducuntur: angelus & monachus: Iesus & pater cælestis: Maria amorosa sanctarum socrus animarum: ipsiūq; prænotauit:
Tetralogum deuotionis: li. iij
Et quædam alia.
Morit' in noua domo sanctæ Sophiæ Cōstantinopolitanæ prope Buscum ducis: in qua per aliquot annos prioris gessit officium: sub Frederico imperatore tertio: Anno dñi Mill'. CCCC. LXXXIIII. Indictione secunda.

f Ranciscus diedus nobilis patricius uenetus: uir tam in diuinis scripturis q̄ in sæcularib⁹ litteris egregie doctus: phus & rhetor: doctrina & eloquētia insignis: iuris pontificij & ciuilis celeberrimus interpres: & reipublicæ Venetæ amator & tutor indefessus. Scripsit tā metro q̄ prosa quædā præclara opuscula: quibus memoriā sui posteritati cōmendauit. E quibus ista ferunt':
Historia sancti Rochi cōfessoris: li. j
Orationes & uariæ eplæ:
Et quædam alia:
Morit', Veronæ sub Frederico imperatore tertio: & Sixto quarto: Anno domini Mill'. CCCC. LXXXIII. Indictione prima.

r Vdolphus agricola de Gruningen: natione Friso: uir in sæcularib⁹ litteris eruditissimus: & diuinarum scripturarū non ignarus: phus: rhetor & poeta omniū sui temporis celeberrimus: græci & latini sermonis peritus: & hebraicæ linguæ non ignarus: ingenio excellens: sermone disertus: Iohannis camerarij de Dalburg wormaciēsis epi uiri æque doctissimi quondā præceptor: in gymnasio Heydelbergensi docendo & scribēdo principatū facile obtinuit inter oēs etiā cuiuscūq; facultatis doctores. Scripsit quædā ingenij sui excellētissima opuscula quibus nomen suū immortalitati consecrauit: & posteritati reliquit: De quibus extant subiecta:
Vita Francisci Petrarchæ: li. j
Carmen de sancta Anna: li. j Anna parens sūmæ geni.
Dialectica sūbtilissima: li. iij
Epistolæ & orationes uariæ: li. j
Varia insuper & elegātissima carmina edidit: quibus ingenium suū prope diuinū ostendit. Transtulit ex hebraico psalteriū: ex græco quædā opera Platonis. Dionysij areopagitæ uolumina traducere incipiēs morte immatura præuētus imperfecta reliquit. Scripsit etiam alia. Moritur Heydelbergæ mente in deum porrectissima: sub Frederico imperatore tertio: & Innocentio papa octauo: Anno domini Mill'. CCCC. LXXXV. Indictione tertia. Cui Hermolaus barbar⁹ patriarcha Aquilegiēsis hoc epitaphium scripsit: Inuida clauserūt hoc marmore fata Rudolphū Agricolā: frisij spē'q; decusq; soli. Scilicet hoc uiuo meruit germania: quicqd

Landis habet latium: græcia quicquid habet. Sepultꝰ est Heydelbergæ apud frēs minores: non sine iactura latinarum litterarum.

t Hilmannus ordinis canonicorum regularium sancti Augustini: præpositꝰ cœnobij diui martyris Christophori in Rauengirsburg in fine Moguntinæ diocesis: iuxta Hirciniā syluam quæ a Rheni flumine caudā dirigit uersus Mediomatricū & Treueros: in loco qui ab anno quo recessus Hunoꝶ: appellat: natione teutonicus: in diuinis scripturis studiosus: uita & conuersatione deuotus. Scripsit simplici & aperto sermone pro fratrum ædificatione quædam plena deuotionis & charitatis opuscula: quibus ingeniū exercitauit: E quibus extant ista:

De uinea spiritali: li. j Mirarer charissime petr.
De institutione nouitiorum: li. j Ingressus charissime militiā.
Et quædam parua exercitia.

Moritur senex & plenus dierum sub Frederico imperatore tertio: & Innocentio papa octauo: Anno dñi Mill. CCCC. LXXXV. Indictione tertia.

b Einricus Arnoldi natiōe saxo: professione monachus carthusiensis domꝰ Basilieñ. uir religione deuotus: ingenio clarꝰ: affectu sincerus: moribꝰ grauis: eloquio dulcis: cōuersatione affabilis: pius: mansuetus: exemplo fulgidus: in sacris lrīs plurimū exercitatus: & pontificij iuris non ignarus. Qui cum officio notariatus in sacro Basiliensi concilio multis annis fungeretur: fidelis: iustꝰ ac prudens: cunctorum testimonio ꝓbatus est. Hic tandem oīa cernens esse uanitatē: uniuersa ꝓ christi amore cōtempsit: clausurā carthusiensiū eligens & ingrediens: ubi in priorem eiusdē domꝰ præfectus: multis ānis subditos sibi monachos: cōuersos cæterosq; paterno amore ꝓsequēs: in pace & tranquillitate laudabiliter rexit: Scripsit opuscula multa ualde deuota atq; salubria. E quibus ea quæ ad noticiā nostram peruenerunt subiecta sunt:

Multæ de diuersis sanctis orōes deuotæ: li. j Orationes sequentes.
Sermones plures: li. j
Historiæ de diuersis sanctis: li. j
Cōcordātia euāgelistaꝶ de passione dñi: li. j
Meditationes de uita christi: li. j
De cōceptione imaculatæ uir. Mariæ: trac. j
De nouitiorum instructione: trac. j
Dialogus int' Iesum & Mariā: trac. j
Dialogꝰ de exercitijs. I. int' sanctā Margaretā & eius seruulū: trac. j
Aliꝰ dialogꝰ int' eosdē de cruce: trac. j
De cōmendatione charitatis: trac. j Charitatis excellentia.
De sancta humilitate sub forma orationis: trac. j Humilitatis perfectæ.
Iterum de humilitate: trac. j Fratres charissimi humili.
Chronica domꝰ carthusieñ. in Bas. trac. j

Fœliciter migrauit ex hac uita sub Frederico tertio Romanorum imperatore: Anno domini Mill. CCCC. LXXXVII.

i Vdricus de Calwe: natione teutonicus: patria sueuꝰ: uir in diuinis scripturis longo studio exercitatꝰ: & scholasticæ phiæ non ignarꝰ: ingenio promptus & uehemens; in gymnasio Heydelbergensi legendo: docēdo & prædicando multis annis in precio fuit: ubi etiam iuxta morem in ecclesia sancti spūs prædicatoris aliquādiu gessit officiū: Scripsit quosdā ut ferunt tractatus nō abijciendos: sed ad noticiam nostræ lectionis non uenerunt Extant eius de diuersis:

Sermones uarij: li. j
Vocabularius prædicantium: li. j
Et uarij tractatus.

Claruit sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa quarto: Anno domini Mill'.CCCC.LXXX. Et sub Innocentio papa octauo: ante hoc trienniũ moritur.

Icolaus de Cruczenach: natiõe teutonic⁹: ex diocesi Mogũtina: & comita-
n tu Spanhemẽsi: uir in diuinis scripturis eruditissim⁹: & saecularis p̃hiæ nõ
ignarus: ingenio subtilis: uita præclarus: disputator acutus: & declamator sermonũ egregi⁹: qui in gymnasio wiẽnensi theologiam multis annis publice docuit: & tam apud scholasticos ibidem q̃ imperatorem Fredericum tertiũ magnã eruditionis suæ & laudem & mercedem obtinuit. Scripsit quædã præclara opuscula: quibus nomen suum posteris notificauit: E quibus ista feruntur:

Quæstiones sententia℞:	li.	iiij
Sermones uarij:	li.	ij
Collationes & orationes multæ:	li.	j
De conceptione sanctæ Mariæ:	li.	j

Et alia complura: quæ cum usq; ad mortem celauerit: ad noticiam nostræ lectionis necdum uenire potuerũt: quæ tamen in dies uẽtura sũt. Moritur wiennæ in Austria sub Frederico imperatore tertio: & Innocentio papa octauo: Anno domini Mill'.CCCC.XCI. Indictione nona.

Etrus scot⁹: natione teutonic⁹: patria Argẽtinẽsis: canonic⁹ sancti Petri ibi-
p dẽ: uir i diuinis scripturis exercitat⁹: & in utroq; iure doctissim⁹: atq; in cæ-
teris humanitatis artibus ualde eruditus: p̃hus: rhetor & poeta celeberrimus: ingenio excellẽs: uita & conuersatione præclarus. Scripsit tam metro q̃ prosa quædã pudica elegãtissimaq; opuscula: quib⁹ se posteris cõmẽdauit. De sanctis Iohanne baptista: euangelista: & chrysostomo scripsit pulchrũ & delectabile op⁹:

Carmine elegiaco:	li.	j	
Laudes Iohannis gerson:	li.	j	Iohannes gerson pari.
Ep̃las elegantissimas:	li.	j	

Carmina insuper & diuersa & compunctioni legentis non cõtraria: sed ꝓbe apta & congrua: uario metrorum genere composuit. Moritur Argentinæ in ecclesia sancti Petri sepultus: sub Frederico imperatore tertio: & Innocentio papa octauo. Anno domini Mill'.CCCC.XCI. Indictione nona. Aetatis uero suæ tricesimo-primo. Consũmatus in breui impleuit tempora multa: & sublatus est: ne malitia mutaret intellectum eius.

Icasius de Voerda machiliniensis: natione teutonicus: patria brabãtinus:
n captus a tertio ætatis suæ anno oculis: & ob id elemẽtorum quoq; omniũ
naturaliter penitus ignar⁹: uelut grande miraculum secũdũ nostra tempestate Didymum Alexandrinũ exhibuit: dum in omni doctrina & scientia tam diuina q̃ humana eruditissim⁹: euasit. Nam in gymnasio Coloniensi (ubi & mortu⁹ est) iura publice docuit: libros utriusq; iuris quos nunq̃ uidit: auditu didicit: tenuit mente: aperte recitauit. In uniuersitate Louaniensi gradum magisterij in artib⁹ primo suscepit: scholas postea aliquãto tẽpore in Mechilinia rexit: deinde ad Louaniũ reuersus: in sacra theologia licentiatus cõstituitur: & singulari dispensatione apostolica sacerdos ordinatur: prædicat publice: audit confessiones: ad altare ministrat: euangelium cæcus coram omnibus (mente utens pro libro) recitat: tantũ ad altare diuina per se non celebrat. Postremo in Coloniensi academia omnium doctorum consensu doctor canonici iuris factus est: & legum quoq; imperialium cautus interpres. Edidit celeberrimũ opus quod in eadem uniuersitate Coloniensi multis excipientibus extraordinarie legit:

Super Institututis:	li.	iiij	Quia ea quæ bene incho.
Super sententias:	li.	iiij	
Sermones uarios:	li.	j	
Quæstiones diuersas.			

Scripsit ad me quasdam non inelegantes ep̄las: in quarũ una satis copiosa: oẽm historiã suæ fortunæ contexuit: & se prædicta opuscula fecisse interrogatus pridem a me humiliter cõfessus fuit. Moritur Coloniæ in maiori eccl̄ia sepult⁹: sub Frederico imperatore tertio: Anno dñi Mill'.CCCC.XCII. Indictione decima. septimo Calend'.septembris.

c Hristophorus persona Romanus: prior sanctæ Balbinæ de Vrbe ordinis fratrũ heremitarũ sancti Guilhelmi: uir in diuinis scripturis studiosissim⁹ & ualde eruditus: græcæ & latinæ linguæ peritissimus: quippe qui ab ineunte ætate eas l̄ras imbibit in Græcia ipsa & sub græcis præceptorib⁹: ut ex græcia natus uideret': ingenio subtilis & disertus eloquio: Scripsit inter cætera:

Ep̄lag ad diuersos: li. j

Et alia complura.

Vertit in latinum Origenẽ contra Celsum ph̄m libros octo: ad Sixtum põtificem quartum. Sermones quoq; diui Iohannis chrysostomi morales: numero quinq; & uiginti: quos dicauit Marco barbo cardinali sancti Marci. Sed & quædã Athanasij alexandrini opuscula cum alijs multis perbelle conuertit: ac latinis legenda donauit. Morit' Romæ peste sublat⁹: sub Frederico imꝑatore tertio: & Innocẽtio papa octauo: Anno dñicæ incarnatiõis Mill'.CCCC.LXXXVI. Indictiõe.IIII.

b Ermolaus barbarus: natione uenet⁹: genere patricius: archiepũs & patriarcha Aquilegiẽsis: & demũ sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ epũs cardinalis: uir in diuinis scripturis studiosus: & in sæcularib⁹ l̄ris eruditissim⁹: ph̄us rhetor: poeta: astronomus & geometer celeberrimus: græci ac latini sermonis peritissimus: ingenio subtilis: eloquio disertus: uita & cõuersatione deuotus atq; præclarus: omĩq; honore ecclesiastico dignissimus: ab adolescentia bonis litteris & moribus sanctis studium & operam impendens: talis ac tantus euasit: ut secundũ nõ reliquerit. Ab octauodecimo ætatis suæ ãno scribere exorsus: multa elegantissima opuscula composuit: quibus memoriã sui posteris cõmendauit. De quorũ numero subiecta feruntur: Opus perpulchrum:

De cælibatu: li. ij
Castigationes Plinianæ: li. j Qui lucubrationes suas.
Contra barbaros ph̄os: li. j
De re uxoria metrice: li. j
Quæstiones geometriæ: li. j
Cõueniẽtia astronomiæ & medicinæ: li. j
Præcepta Historiæ cõscribẽdæ: li. j
Compendiũ ph̄iæ: li. j
Compendiũ Galieni: li. j
Ep̄lag ad diuersos: li. j
Orationes multiplices: li. j
Carminũ plusq̄. xij. li. j
Et alia complura.

Castigatiões plinianas opus grande: qd' legatus uenet⁹ Romæ inchoãs: p̄riarcha cõpleuit: Alexãdro põtifici sexto dicauit: in quo ferme quinq; milia librariog uulnera sanauit. Cum olim anno dñi octogesimosexto Moguntiam ascensurus Coloniã præteriret: rogatu Theoderici flas Nusiẽsis medici: libellũ cõdidit quãtũ astronomia medicinæ cõueniat. Ad Marcũ antoniũ sabellicũ historiographũ librũ edidit de cõscribẽdæ historiæ præceptis. Rhetoricã Aristotelis: & dialecticã uniuersam: Dioscoridem quoq; interꝑtat⁹ est: & elegias ep̄las & orõnes metricas usq; ad carminũ duodecim milia sicut diximus cõposuit. In latinũ uertit tractatũ p̄riarchæ Cõstantinopolitani responsalẽ de fide catholica ad quæstiones Mahumetis magni turci. Plutarchũ quoq; de Isidæ & Osiridæ. Et eũdẽ quare oracula defecerũt.

Ad Arnoldum bostium carmelitam Gandensem quoddam Dionysij ariopagitæ opusculum. Transtulit & alia complura. Opus suũ de re uxoria continet circiter uersus sexcentos: in quo disputat elegantissime utrum expediat uiro sapienti ducere uxorem: concludens φ non. Moritur non sine maxima studiosorũ iactura: sub Frederico imperatore tertio: & Alexandro papa sexto: Anno domini Mill. CCCC. XCIII. Aetatis suæ anno. xxxix. Indictione undecima.

Vnianus Maius parthenopæus: neapolitanus: uir certe in sæcularibus l'ris
i studiosissimus & egregie doctus: diuinarũ quoq; scripturarũ non ignarus:
phus & rhetor celeberrimus: ingenio præstans & clarus eloquio: Scripsit quædam non contemnendæ lectionis opuscula: quibus memoriã sui posteris reliquit. E quibus extat uolumen grande & insigne ad Heinricum Acherontinũ archiepm Ferdinandi regis Neapolitani cõfessorẽ: atq; principaliter ad ipsum regẽ quod ex ueterum libris colligens prænotauit

De priscorũ ꝓprietate uerborũ: li. j
Epl'arũ ad diuersos: li. j
Et quædam alia.

Claruit sub Frederico imperatore tertio: & Sixto pontifice quarto: Anno domini Mill. CCCC. LXXX. Et incertum habeo an adhuc uiuat.

Enedictus capra: perusinus: uir in utroq; iure celeberrime doct⁹: & tam di
b uinis scripturis q̃ phorũ præceptis probe exercitat⁹: ingenio subtilis & dis
putator egregius: multarũq; rerum antiquarũ nouarũq; peritia insignis: in gymnasio Perusino iura multo tempore publice docuit: & magnã eruditiõis suæ famam acquisiuit. Scripsit inter cætera:

Super decretalibus: li. v
Consilia quoq; plurima: li. j
Et quædam alia.

Claruit sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa quarto: Anno domini Mill. CCCC. LXXX.

Obannes andreas epũs Aleriẽsis: apl'icæ bibliothecæ secretarius: Nicolai
i Cusæ cardinalis quondã contubernalis: uir in diuinis scripturis studiosus
& in sæcularibus l'ris eruditissimus: iureconsultus & orator eloquentissim⁹: ingenio excellens: uita & conuersatione præclarus: sermonis tam græci q̃ latini peritus: Scripsit quædã non mediocris auctoritatis opuscula: quibus memoriã nois sui cũ gloria transmisit ad posteros: De quorũ numero subiecta feruntr:

In quartũ decretalium: li. j
De usu feudorum: li. j
De appellationibus: li. j
Epl'arũ ad diuersos. li. j
Et alia complura.

Moritur sub Frederico imperatore tertio: & Innocentio papa octauo: Anno domini Mill. CCCC. XCIII. Indictione undecima.

Obannes campeius Bononiensis: iureconsultus celeberrimus: & tam in di
i uinis scripturis q̃ in phia sæculari nõ mediocriter doctus: ingenio excellẽs
& clarus eloqo: in gymnasio Bononiẽsi multo tẽpore iura publice docuit: ubi discipulos & multos & clarissimos eruditẽs: magnũ scientiæ suæ fructũ reportauit & laudem. Scripsit in ea facultate multos egregios ut ferunt cõmentarios atq; tractatus: quibus nomen suum posteritati commendauit. Sed nihil eorum ad manus nostras peruenit. Fert' eius insignis

De dote tractatus: li. j
Et consilia perpulchra:
Cum alijs multis.

Claruit sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa quarto: Anno domini Mill. CCCC. LXXXIIII. Et nescio si adhuc superstes sit.

d Ominicus bolanus: natione uenet⁹: uir in diuinis scripturis exercitatus: & in sæcularibus litteris egregie doctus: phus & rhetor non abijciẽdus: ingenio acer & uehemens: sermone cõposit⁹: edidit nõnulla ingenij sui præclara opuscula: quibus se deuotũ fideleq́; christiani nois culторẽ exhibuit: & memoriam sui posteris cõmendauit. De quibus ego tantum uidi opusculũ insigne contra marianæ puritatis detractores: quod dicauit Nicolao Marcello: primo & septuagesimo duci uenetorum:

De conceptione sanctæ Mariæ: li. j Non partuo dolore.

De cæteris nihil uidi.

Claruit Venetijs sub Frederico impatore tertio: & Sixto papa quarto: Anno domini Mill. CCCC. LXXXIIII. Audio adhuc enim haberi superstitem.

f Rancisсus niger p̃sbyter uenet⁹: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: artiũ & phiæ pfessor doctissim⁹: poeta & orator nõ futilis: ingenio præstans ac disertus eloquio: Scripsit ingenij sui uaria opuscula: quibus nomẽ suum notificauit posteritati. E quib⁹ extat opus non spernendum: sed magnis attollendum laudibus ad Leonardum bottam equitem Mediolanensem:

Grãmatica prænotatum: li. xiiij Ab Anneo seneca lr̃is.

Ferunt & eius epl'æ.

Et quædam alia.

Claruit Venetijs sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa quatto: Anno domini Mill. CCCC. LXXX. Nescio si adhuc superstes sit.

i Acobus de Stralen natione teutonicus: uir in diuinis scripturis eruditissimus: & in sæculari phia egregie doctus: ingenio excellẽs & clar⁹ eloquio: qui in gymnasio Coloniensi theologiam multis annis gloriose docuit: & magnas eruditionis suæ laudes ab omnibus commeruit. Scripsit multa præclara opuscula: lecturas & uarias quæstiones: de quibus dũtaxat uidi:

In Apocalypsin Iohannis: li. j Vidit Iacob in sõno scalã.

De alijs nihil uidi.

Claruit in Colonia agrippina sub Frederico imperatore tertio: & Innocẽtio põtifice octauo: Anno dñi Mill. CCCC. XC. Senex ualde: ãnos habens ætatis circiter octoginta: Et credo eum adhuc haberi superstitem.

m Arsilius ficinus: natione Italus: patria florentinus: uir in sæcularib⁹ lr̃is eruditissimus: & diuinarũ scripturaꝝ nõ ignarus: phus & rhetor celeberrim⁹: utraq́; lingua peritissimus: platonicæ theologiæ unicum decus: ornamentum & corona: Scripsit ornato sermone multa præclara opuscula: quibus excellẽtis ingenij sui uenam posteris ostendit: De quib⁹ subiecta ferunt:

Theologia notabilis: li. j Quẽadmodũ in pme.

De intellectu & intelligentia: li. j

In conuiuiũ Platonis: li. j Plato phoꝝ pater annũ.

Eplaꝝ: li. plures

Et alia complura.

E græco autem multa transtulit in latinum. Ad Petrum medicẽ florẽtinum quinquagintasex Platonis tractatus uertit. Mercuriũ quoq́; Trimegistũ de potestate & sapientia dei. Librũ Zenocratis platonici de morte: ad eundẽ Petrũ medicen. Ad Iohannẽ caualcantẽ Speusippi alcinoi: & pythagoræ opuscula traduxit. Ad eundẽ librũ alcinoi platonici de doctrina Platonis. Alia insuper complura & traduxit & scripsit: quæ ad noticiã nr̃æ lectionis minime uenerũt. Claruit Florẽtiæ sub Frederico impatore tertio: & Sixto quarto ac Innocẽtio octauo Romanis põtificib⁹: Anno dñi Mill. CCCC. ac. XC. Et credo eum adhuc esse in humanis.

Vpertus de Licio: epūs Aquilæ marsorū seu Aprucij urbis: ordinis fratrū
r minorū: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & sæcularis littera/
turæ non ignarus: ingenio excellens: eloquio dulcis & compositus: uita & conuersatione præclarus: declamator sermonū celeberrimus: & uniuerso christiano in orbe famosus: qui uerbo & exemplo multos ab iniquitate cōuertit: Scripsit ad ædificationē legentiū & maxime prædicatorū uerbi diuini quædam præclara uolumina: de quibus feruntur subiecta:

Sermones de tempore: li. j Nox præces. &c. uerba sūt.
De laudibus sanctorꝝ. li. j Nō glorietꝰ sapiens in.
De pœnitentia p quadragesimā: li. j Multi sūt uo. &c. ppter ni.
De peccatis quoqꝫ: li. j
Et quædam alia.

Claruit sub Frederico imperatore tertio: & Sixto & Innocentio pontificibꝰ: Anno domini Millꝰ. CCCC. LXXXVI. Nescio si adhuc uiuit.

Obannes pheffer de widenberg: natione teutonicus: patria francus orien
i talis: uir in diuinis scripturis longo studio eruditus: & in sæculari phia egre
gie doctus: ingenio excellens: uita & conuersatione deuotus: mansuetus: & præclarus: qui de uniuersitate Heydelbergensi missus: principium Friburgēsis gymnasij sua eruditiōe illustrauit: in quo iam p annos plurimos theologiā gloriose docuit: & multos auditores suos pbe erudiuit. Scripsit quædā præclara opuscula: de quibꝰ extat opus insigne sup eplis Pauli: quod publice lectū prænotauit:

Directorium sacerdotale: li. xiij Circa lecturā eplaꝝ beati.
Et alia complura.

Claruit adhuc in humanis sub Frederico impatore tertio: Anno dñi. M. CCCC. XC. Potest adhuc uiuere.

Obannes britannicus ex palatiolo agri Brixiani oppido ortus: uir in sæcu/
i laribꝰ lr̃is eruditissimus: & diuinarū scripturaꝝ non ignarus: phus clarus:
poeta insignis: & rhetor luculētus: q apud Brixianos suos hodie in precio habetur: quos inestimabili eruditione: doctrina & scriptis in dies reddit clariores: multa ac uaria scripsit: quibus nomen suū posteritati notum præsentibꝰ effecit uenerandū. De quibus subiecta feruntꝰ: Cōmentarioꝝ opus celeberrimū:

In Persium: li. j
In Statium quoqꝫ: li. j
In metamorpho. Ouidij: li. j
Epistolæ quoqꝫ uariæ:
Et alia complura:

Claret in ciuitate Brixiana & uaria cōponit opuscula: sub Maximiliano Romanorum rege: & Alexandro pontifice sexto: Anno domini Millꝰ. CCCC. XCIII

Aptista Ferrariensis: ordinis fratrum beatæ Mariæ semp uirginis de mon/
b te Carmeli: uir in diuinis scripturis eruditus: & in sæculari litteratura egre
gie doctus: metro excellens & prosa: & in utraqꝫ lingua peritus: in declamandis sermonibus ad populū celeberrimi ac prope diuini ingenij: Scripsit multa præclara uolumina: quibꝰ se utilem præsentibus & notum posteris reddit. E quibus subiecta feruntur: Opus luculentissimū historiarum a christi temporibus usqꝫ ad nos: quod prænotauit

Floridam: li. j
Chronica sui ordinis: li. j
De ruina Romani imperij: li. j
De monte Syna: li. j
Vita Mechtildis: li. iij
Chronica Ferrarieñ. li. j

Sermones uarij: li. iij

Epigrāmata admodū multa edidit:atq; diuersa: quæ in dies publicāda speramus. Cõuertit etiā de græco in latinū:sermones beati Iohannis Chrysostomi cõplures: & alia multa nobis incognita. Viuit adhuc apud Ferrariam & uaria cõscribit sub Maximiliano Romanorum rege clemētissimo: Anno domini quo hæc scribimus Millesimo. CCCC.XCIIII.

Etrus Brutus natione Venetus: eps Catharensis: uir certe in diuinis scri-p pturis eruditissimus: & in sæcularibus lris egregie doctus: ingenio excellens: sermone disertus: uita & cõuersatione præclarus: hebraicæ ac latinæ linguæ peritus: qui p cõfirmatione fidei christianæ multa contra perfidos iudæos disputationū certamina semp uictor exegit: Scripsit inter cætera ingenij sui opusculā ad senatū Vicentinū: opus celeberrimū & insigne: sanctarū scripturarū auctoritatibus copiose instructū:

Aduersum iudæos: li. i Lectitanti mihi plurimorū.

Et quædam alia.

Claruit sub Frederico imperatore tertio: Anno domini Mill. CCCC.LXXXV. Et nescio si adhuc uiuat.

Vbertinus clericus Crescentinas: uir in sæcularib lris eruditissim: & diuib narū scripturarū nõ ignarus: philosophus: rhetor: & poeta insignis: & utriusq; linguæ peritissim: ingenio excellens & disert eloquio: qui in celeberrimo gymnasio Papiensi septē annos maxima cū audientiū & attentiõe & utilitate publico legit stipēdio: Scripsit tam metro q̄ prosa multa præclara opuscula: de quibus extant subiecta:

In Epistolas Ciceronis:	li.	xvj	Hui uoluminis epl'as &c.
In officia eiusdem:	li.	iij	
In Metamor. Nasonis:	li.	j	
Epistolarū quoq;:	li.	j	
Carmina multa.	li.	j	

Claruit sub Frederico imperatore tertio: Anno domini Mill. CCCC.LXXX. Et nescio an adhuc uiuat.

Vilhelmus de Aquisgrani: natiõe teutonicus: uir in diuinis scripturis erug ditus: & sæcularis philosophiæ nõ ignarus: ingenio subtilis: eloquio scholasticus: uita & cõuersatiõe præclarus: qui olim in ecclesia Basiliensi prædicatoris gessit officiū: Scripsit multa & cõmendanda opuscula: quibus memoriam sui posteris cõmendauit, Equib in gymnasio Erfordensi quædam cum omniū attentione & laude publice legit. Scripsit autē

In euangeliū Iohannis:	li.	j	
In Canonem missæ:	li.	j	
De passione domini:	li.	j	Iesum tradidit uoluntati.
Quæstiones disputatas:	li.	j	
Itinerariū terræ sanctæ:	li.	j	
Sermones uarios:	li.	j	

Et alia complura.

Claruit sub Frederico imperatore tertio: & Sixto summo pontifice quarto: Anno domini Mill. CCCC.LXXXV. Et credo eum adhuc uiuere.

Ohannes de Lapide natione teutonicus: ordinis Carthusiēsis monachus i domus Basiliensis: uir in diuinis scripturis eruditissim: & sæcularis litteraturæ non ignarus: ingenio excellens: eloquio disertus: uita & cõuersatiõe præclarus. Qui olim in gymnasio Parisiēsi magisteriū in artiū facultate assecutus: pluribus annis rexit in eadē: studiūq; sacrarū litterarū docendo: legendo ac disputādo diligēter, pseqnēs: doctorali dignitate in schola theologica decoratus meruit.

Hic doctrinā eorū Parisiensiū qui Reales appellant: prim⁹ ad Basiliensiū uniuersitatē trāstulit ibidēq; plantauit: roborauit & auxit. Inter praecipuos quoq; Tubingēsis studij inceptores & auctores unus extitit. Qui deniq; post liberā pluriū bñficiorū dimissionē: ad canonicatū & praedicationis officiū insignis ecclesiae Basiliensis uocatus fuit: ac tandē paucis lapsis annis oīa ꝓ christi amore relinquēs: sacri Cartusiensis ordinis habitū induit. Hic multa praeclara scripsit opuscula quibus se & praesentib⁹ utilē & futuris memorabilē fecit. Paucorū ex ijs nobis copia obuenit. Extant tamē quae sequunt:

Introductoriū Grāmaticae:	li.	j	Cū Grāmatica sit recte lo.
Dialogus de arte punctādi:	li.	j	Discipul⁹. Salue magister.
De ꝓpositionib⁹ exponibilibus:	Trac.	j	Vt a iuuenib⁹ i arte logica.
De arte dissoluēdi sophisticas argumē.	Trac.	j	Qm̄ ad omnē scientiā.
Explanatio oīm libroꝝ logicae Aristotel.	li.	j	Inuestigare ac inuenire.
Explanatio librorū physicae eiusdem:	li.	j	Liber Physicorū.
Explanatio sex librorū Metaphisicae eiusdē:	li.	j	Quia prima philosophia.
De ijs quae ad dignū sacerdotē exigunt:	Trac.	j	Homo ad imaginē.
Resolutoriū dubioꝝ circa missā occurrētiū:	Trac.	j	Officiū quāto maius.
Summariū passionis Iesu christi:	Trac.	j	Nocte Iesus tristat.
De ascēsiōe dñi inter sermones Meffret:	Ser.	j	Consurge domine.
In s̄mōes Meffret de cōceptiōe imacu. uir.	Trac.	j	Cum dñs ac redemptor.
Sermones tā ad clerū q̄ ad pplm̄ plurimi:	li.	j	
Orationes & epistolae uariae:	li.	j	

Complura quoq; alia quorū hic nō fit mētio.

Multos praeterea diuersorū auctorū libros ꝑ Tractatus & capitula distinxit singulis argumēta praemittens: quib⁹ quae in illis sit scribētis intētio dilucide pōt agnosci. E quib⁹ sunt libri Ciceronis de officijs: de amicitia: de senectote: de somnio Scipionis. Itē libri logicae Aristotel. Libri eiusdē de anima: & libri Metaphisicae. Item libri Effrem diaconi. Libri Iohānis Chrysostomi de cōpunctiōe cordis. Liber diui Augustini de cōtritione cordis: Liber Epistolarū eiusdē. Et omnes fere libri sancti Ambrosij episcopi. Viuit adhuc in Carthusia Basiliensi: & uaria cōponit: multosq; suo exēplo & scriptis ad sancta studia ꝓuocat: sub Maximiliano Romanorū rege clemētissimo: & summo pōtifice Alexādro sexto: Anno dñi Mill. CCCC. XCIIII.

[a]Ngelus de clauasio: natiōe Italus ordinis fratrū minoꝝ sancti Francisci: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & iureconsultus celeberrimus: ingenio praestās: eloquio clarus: uita & cōuersatiōe deuotus: Fertur quaedam praeclara cudisse opuscula: quib⁹ nomē suum longe lateq; diuulgauit: E quibus extat notabilis summa de casibus: simplicibus confessorib⁹: Doctis nihilomin⁹ occcupatis ualde utilis & necessaria ubiq; iam dispersa: quae ex nomine auctoris praenotat:

Summa angelica:	li.	j	Angelici spiritus & si.
Additiones in eandem:	li.	j	

Et quaedam alia.

Compleuit hanc summam sub Frederico imperatore tertio: & summo pontifice Sixto quarto. Et audio eū adhuc esse superstitē Maximiliano regnum Romanoꝝ & Germanorum gubernāte: Anno domini quo nos haec scribimus Mill. CCCC. XCIIII. Indictione. xij.

[i]Ason de Mayno: patria Mediolanēsis: ducalis senator: uir i utroq; iure doctissimus: & tā in diuinis scripturis q̄ in caeteris disciplinis saecularib⁹ eruditissim⁹: ph̄us clarus & orator celeberrim⁹: ingenio subtilis: eloquio disert⁹: cōsilio & actiōe praecipu⁹: Fert quaedā praeclara cudisse opuscula: quib⁹ ingeniū exercitans: etiā memoriā sui posteris cōmendauit: Sed praeter orationē quā Romae

corã Alexandro papa sexto(quæ & impssa circũfert)habuisse dicit:nihil eorũ ad man⁹ nostras memini puenisse. Verũ sicut certo didici:elegãter scripsit:

Super titu.de acti.in institut. li. i
Super Codice quoq: li. ix
Super.ff.uaria scripsit: li. 50
Orationes & epistolas:
Et quædam alia.

Claret hodie apud principes mediolanẽses maximo in precio: sub Maximiliano Romanorũ rege clarissimo:& Alexandro summo pontifice sexto: Anno domini quo hæc scripsim⁹ Mill.CCCC.XCIII. Indictione.xj.

Aurelius Burellus Diuionẽsis: ordinis fratrũ beatæ Mariæ semp uirginis
I de mõte Carmeli:uir in diuinis scripturis erudit⁹: & in sæcularib⁹ lřis egre
gie doctus:ingenio excellens & clarus eloquio:metro exercitat⁹ & prosa: Scripsit utroq; genere quædã præclara uolumina:quib⁹ nomẽ suũ notificauit. Eg/ bus ista feruntur: Opus celeberrimũ in laudem Heliæ patriarchæ carmelitarum: quod prænotauit:

Heliadem: li. i
De illustribus uiris sui ordinis: li. i
Et alia complura.

Viuit adhuc magno apud suos in precio:multa scribens & condens:sub Maximi/ liano Romanorũ rege inuictissimo:& Alexandro summo pontifice sexto: Anno domini Millesimo.CCCC.XCIIII.

Hristophorus Landinus : natione Italus ciuis Florentinus:uir sæcularium
c litterarũ apprime eruditus:philosophiæ etiã ac diuinæ paginæ nõ ignar⁹:
longis ãnis musarũ cathedræ præfuit publicoq; munere poeticã edocuit: ingenio præclarus:scripsit opera magni in precio apud oẽs habita:præcipue:

In P. Virgiliũ Maronẽ cõmentarios.
Item in Q.Horatiũ cõmentarios.
Camaldulenses.
Ethicam.

Fertur adhuc florere apud suos florentinos:quos ois lřaturæ exornat florib⁹.

Acobus Pergomẽsis:ordinis fratrũ heremitarũ sancti Augustini:uir in di/
i uinis scripturis studiosus & eruditus: & in sæculariũ litterarum disciplinis
nobiliter doctus:ingenio præstans:eloquio disertus: uita & conuersatione præclarus:historiographus celeberrimus: Scripsit quædam luculentissima opus/ cula:quibus posteritatẽ memoriæ suæ fecit obnoxiam. E quib⁹ extat opus histori/ arũ ab initio mũdi: usq; ad annos dñi:mille quadringentos octogintasex: uolumen grande & insigne: qđ multo & diuturno labore ex diuersis cõportãs prænotauit:

Supplementũ chronicarũ li. xv Pro Ciceronis uestri sñia.
De alijs nihil uidi.

Viuit adhuc apud Pergomẽses suos in pcio: prope sexagenari⁹: sub Maximiliano Romanorũ rege: & alexandro papa sexto: Anno dñi Mill.CCCC.XCIIII.

Aptista de sancto Blasio:de padua:uir in utroq; iure peritissimus:& phoȝ
b eruditione præclarus:ingenio subtilis & ornatus eloquio: qui in parauino
gymnasio iura publice & egregie docuit: ubi magnã discipuloȝ copiã eru diuit: Scripsit in ea facultate quædã præclara opuscula:quib⁹ ingenij uim præsen/ tib⁹ & posteris ostẽdit. E quib⁹ legi:

De priuilegijs dotalib⁹: li. i Qm̃ circa dotes multa.
Correlatiuorũ quoq;. li. i In hoc ope correlatiuorũ.
Quæstiones de arbi.c. li. i In christi nomie.a. Qm̃.
Sup prima ꝑ̃ica decre. li. i In noie dñi nři Iesu christi.

Scripsit & alia.
Cōpleuit hæc ipsa opera in gymnasio Patauino: sub Frederico imperatore tertio: & Sixto summo pōtifice quarto: Anno domini Millesimo. CCCC. LXXX. Indictione. xiij. Et credo eum adhuc esse superstitem.

m Arcus Antonius Sabellicus: uir undecūq doctissimus: phus: orator & poeta omniū nr̄æ tēpestatis celeberrim⁹: Venetias sua eruditiōe & libris exornās: ingenio excellēs: sermone disertus: utriusq linguæ peritus: ad quē Hermolaus Barbarus archiep̄us Venetus: Aquilegiensis patriarcha librū de præceptis historiæ cōscribendæ olim cōposuit. Scripsit tā metro q̄ prosa: quædā præclara uolumina: quibus nomini suo memoriā perpetuā apud posteritatē cōparauit. De quibus ego uidi subiecta. Ad senatū Venetū opus celeberrimū ab initio urbis continens:

Historiam & gesta Venetoꝝ	li.	xxxiij	Scripturus ego ab urbe.
De uetustate Aquilegien̄. patriæ:	li.	vi	Et si ex omni scriptorū.
In munitionē sontiacā car.	li.	j	Fundit̄ illyricis rapidus.
In Cædem sontiacā car.	li.	j	Quo præceps fortuna ruis
In Carnicū incendiū:	li.	j	lā fusis ꝑfecta rotis nox.
In naufragiū cymbæ Petri:	li.	j	Fluctuat alma ratis.
De rerūartiūq inuētorib⁹:	li.	j	Inter grata soles studij.
In originē Vtini: carm̄.	li.	j	Hæc spanciatis humi.
In laudē sanctæ mariæ: eleg. j4.	li.	j	Virginis alma dies. tel.

De cæteris nihil uidi.
Claret hodie apud Venetos maximo in p̄cio: multa acuaria cōponens: sub Maximiliano Romanorū rege: & Alexandro papa sexto: Anno domini quo hæc scribimus: Mill'. CCCC. XCIIII.

b Vbertus Leonardus: ep̄us Danēsis: ordinis fratrū beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli: uir in diuinis scripturis studiosus & erudit⁹: & sæcularis lr̄aturæ nō ignar⁹: ingenio præstās: & clarus eloquio: qui olim in gymnasio Parisiēsi theologiā egregie docuit: Scripsit mlta cōmēdatissima opuscula: quibus nomē suū notificauit cū gloria. De quibus subiecta ferunt̄. De Genealogia nobiliū Francorū & gestis eorum:

Ad Ludouicū ep̄m Leodien̄.	li.	j
In euangeliū Lucæ:	li.	j
De regimie principū:	li.	iij
De īmunitate ecclesiastica:	li.	iij
Cōtra hæreticos Niuellen̄.	li.	j
Sermones uarij:	li.	j
Quadragesimale notabile:	li.	j

Et alia complura.
Hic cū esset inqsitor hæreticæ prauitatis cōtra quosdā hæreticos Niuellēses ꝑ diocesim Leodiensem: gladio sanctispūs eos cōfutauit & uicit: scribens præfatū opus celeberrimū octo & uiginti ꝓpositiōes principales cōtinēs: in quo totidē articulos eorū erroneos fortiter ac diserte oppugnans reprobauit. Claruit in Germania unde & oriūdus fuit: sub Frederico imperatore tertio: & Innocentio papa octauo Anno domini Mill'. CCCC. XC. Et credo eū adhuc uiuere.

g Abriel Byel: natiōe teutonicus: ordinis eorū q se frēs de cōi uita: uel in cōi uiuētes appellāt: uir in diuinis scripturis eruditus: & in sæculari phia egregie doctus: ingenio excellēs: uita & conuersatione præclarus: qui gymnasio Thobingēsi ab exordio suæ institutiōis præfuit: annis multis: ubi tā in phia q̄ in sacris lr̄is multos discipulos erudiuit: Scripsit quædam nō spernendæ auctoritatis opuscula: qb⁹ nomē suū notificauit. E quib⁹ ordinarie legis in præfato gymnasio:

In canonem missæ:	li.	j	Præmissa in cubiculo cor.
De passione dñi scripsit:	li.	j	
Sermones quoq; uarios:	li.	j	

Et quædam alia.

Claret hodie senex prouectæq; ætatis apud comitẽ wirtenbergensem maximo in precio: & quædam scribere dicit̃: sub Maximiliano Romanorũ rege: & Alexandro papa sexto: Anno domini quo hæc scribimus Mill'. CCCC. XCIIII.

g Eorgius de Gemmyngen: natiõe teutonicus: præpositus & canonic⁹ Spirensis insignis ecclesiæ: uir doctus & nobilis: utriusq; iuris professor: & celeberrimus interpres: ac in cæteris bonarũ artium disciplinis egregie perit⁹: philosophus & rhetor præclarus: ingenio subtilis & disertus eloquio: metro excellens & prosa: Scripsit quædam præclara opuscula: quibus ingeniũ suum laudabiliter exercitans: nomen quoq; suum posteritati notificauit. Celat tamẽ quæ scribit: ut typum manis gloriæ fugiat: uel ea quæ scripsit lima maturioris examinis castiget. E quibus tamẽ nobis subiecta innotuerũt:

De ratione duelli:	li.	j
De machinis bellicis:	li.	j
De cura equorũ & militũ:	li.	j

Orationes quædam.

Multas præterea epistolas tam ad me q̃ ad alios edidit: quib⁹ q̃tum ualeat: tũm eruditione: tum eloquẽtia: tũq; multarũ rerum experiẽtia facile deprehendit̃ ab eo qui eas legerit. Claret ætate uirili in ciuitate Spirensi: sacris litteris intentus ac uaria scribens: sub Maximiliano Romanorũ rege: & Alexandro summo põtifice sexto: Anno domini Mill'. CCCC. XCIIII.

t Ohannes Venetus: ordinis Carthusiensiũ: dom⁹ diui Andreæ apostoli de Litore: apud Venetias: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: ingenio præstans: uita & cõuersatione deuotus: & regularis obseruãtiæ cultor eximius: Scripsit ad instructionẽ simpliciũ non cõtemnenda opuscula: quibus nomen suũ notificauit. E quib⁹ extat opus præclarũ: quod prænotauit:

Nosce te.	li.	iij	Cũ nihil iocũdius: nihil.
De patiẽtia & hũilitate:	li.	j	Frẽs in christo charissimi.
Speculũ monentiũ:	li.	iij	More bonorũ parentũ.
Corona quoq; senum:	li.	j	Dum mens humana.
Sermones uarij:	li.	j	

Epistolæ plures deuotæ:

Et quædam alia.

Claruit Venetijs sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa quarto: & compleuit præscripta opera: Anno domini Millesimo. CCCC. LXXX. Indictione xiij. Et incertũ habeo an adhuc uiuat.

i Ohannes de Mylbach: natione teutonicus: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & sæcularis quoq; philosophiæ nõ ignarus: ingenio clarus: sermone scholasticus: qui olim in gymnasio Erfordensi theologiã multo tempore gloriose docuit: & plurimos in ea facultate discipulos erudiuit: Scripsit nõnulla præclara opuscula: quibus ingeniũ suum magnifice exercitauit: & noticiã sui posteritati cõmendauit. De quib⁹ ordinarie legit:

In epistolas Pauli:	li.	xiij
Sermones uarios:	li.	j
In laudibus sancti Hieronymi:	li.	j

Quæstiones diuersas:

Et quædam alia.

Claret Erfordiæ senex & debilis: præbẽdarius in cœnobio sancti Petri: Anno do-

mini quo hæc scribimus: Mill'. CCCC. XCIIII.

Obannes de Arũdine: natione teutonicus: epũs Vsbiteñ. ordinis fratrum
i beatæ Mariæ semp uirginis de mõte Carmeli: Dauidis de Burgũdia traie/
ctensis epi in pontificalib⁹ uicari⁹: uir in diuinis scripturis erudit⁹: & sæcula/
ris philosophiæ nõ ignarus: declamator sermonũ egregi⁹: ingenio subtilis: uita & cõuersatione præclarus: Scripsit multa præclara uolumina: quibus nomẽ suũ no/
tificauit. De quibus ferunt subiecta. Lectura notabilis

In librũ sapientiæ: li. j
In epistolã Pauli ad Romanos. li. j
In beati imaculati sermones: li. j
Sermones de tempore: li. j
Sermones de sanctis: li. j
Et quædam alia.

Claruit apud Traiectũ: sub Frederico imperatore tertio: & Innocentio papa octa/
uo: Anno domini Mill'. CCCC. ac. XC. Et credo eũ adhuc haberi superstitẽ.

Eorgius ualla placẽtinus: uir undecũq; doctissimus: philosophus: rhetor &
g poeta celeberrimus: ingenio excellens: & disertus eloquio: qui totã Italiã
sua doctrina modo exornãs: Venetijs utramq; linguã florentissime docet:
Scripsit multa præclara uolumina: quorũ elegantia & utilitate eruditos uiros om/
nis debitores sibi merito sentiat & obnoxios. De quibus extant subiecta.

De orthograuia: li. ij
De quãtitate syllabarũ: li. j
De figuris oratorũ & poetaꝝ: li. j
In Ciceronẽ de uniuersitate. li. j — Platonis liber q Timæus.
In eũdem de fato: li. j — De fato Ciceronis opus.
In Topicorũ li. eiusdem: li. j — Obseruãtia præcipuaq; hñ.
In Rhetoricã ad hereniũ. li. j
In Iuuenalem: li. j — Prospecta pridẽ mihi.
In poeticam Horatij: li. j
De ratiõe differendi: li. ij
De reb⁹ expetẽdis & fugiẽdis: li. j
Epistolarũ ad diuersos: li. j
Orationes uariæ:
Et alia complura.

In latinũ uertit ex græco: opusculũ Aristotelis de uirtute. Eiusdem Ethicoꝝ libros duos. Opus quoq; Nemesij philosophi christiani: de natura hominis. Libellũ etiã Athenagoræ phi acutissimi: de resurrectiõe. Librũ quoq; dialectices Brissonis. Tractatũ insup Galieni medici de hæresibus medicorũ. Eiusdẽ introductionũ ad medicinã. Problematũ quoq; Allendri: libros quattuor. Et alia multa.

Obannes Camerari⁹ de Dalburg: epũs wormaciensis: natione teutonicus:
i iurecõsultus celeberrim⁹: & tã in diuinis scripturis q̃ in sæcularibus litteris
eruditissimus: Rudolphi agricolæ uiri doctissimi quondã auditor: in utraq;
lingua peritus: rhetor & poeta clarissim⁹: ingenio subtilis: eloquio disertus: & multa rerũ experientia insignis: nobilitatẽ generis sui moribus & doctrina magnifice illustrans: Scripsit & scribit tam metro q̃ prosa quædã excellẽtis ingenij opuscula: quæ necdum in lucem uenire passus est: propterea φ reipublicæ negocijs occupatus: ea nõ usq; adeo ut sui ꝓpositi erat perficere potuit. E quibus tamen aliqua nobis innotuerũt. Carmen sapphi.

De morte Rudolphi agricolæ: li. j
De moneta quoq; li. j
Orõ corã Innocẽ. papa. viij. li. j

Carmina & orones uariæ:
Et plures elegātissimæ epistolæ.

Claret hodie ætate mrili in cathedra ecclesiæ wormaciēsis præsul deo dign⁹: & uaria cōscribit: sub Maximiliano Romanorū rege clemētissimo: & summo pōtifice Alexandro sexto: Anno domini quo ad ipm hæc scribim⁹: Mill. CCCC. XCIIII.

b Aptista Guarinus: Veronēsis: Guarini doctissimi uiri filius: cui⁹ suo loco fecim⁹ mentionē: uir certe patre nō inferior: sed in omni lratura & disciplina bonarū artiū eruditissim⁹: philosophus: orator & poeta uniuisi celeberrimus: græcæ ac latinæ linguæ peritissim⁹ & in utraq; multū facūdus: Scripsit & uertit multa præclara opuscula: quib⁹ uim & acumē ingenij sui prope diuini tam præsentibus q̄ posteris cōmendat. De quibus subiecta ferunt. Opus dialogorū perpulchrum:

De secta Epicurea: li. j
De urdine docendi: li. j
De regno administrādo. li. j
In epistolis Ciceronis: li. j
In fastis Ouidij: li. j
In pharsalia Lucani: li. j
In Catullū poetam. li. j
Epistolarū ad diuersos: li. j
Orationes quoq; plures: li. j
Et carmina uarij generis.

Et si mapbee charissime.

In latinū uertit subiecta. Ex Xenophonte Agesilai landationē quā & dicauit Hermulao Barbaru seniori epo Veronēsi. Orones etiā quasdā Demosthenis & Dionis historici. Sed & urones nonnullas Gregorij Naçiançeni ad christū & Mariā. Et alia cōplura edidit & cōuertit quæ ad noticiā meā non uenerūt. Claret usq; hodie Ferrariæ: ubi patri succedēs: iam per annos tres & triginta utrāq; linguā florentissime docet: & uaria cōscribit: sub Maximiliano Romanorū rege: & Alexādro papa sexto: Anno domini quo hæc scribim⁹: Mill. CCCC. XCIIII. Indictione duodecima. Habet & ipse filiū græcæ ac latinæ eruditū: auitā disciplinā sequētem.

a Ngelus Policianus uir undecūq; peritus atq; doctissim⁹: grāmaticus celebris: phus: orator & poeta insignis: græco & latinu ad perfectū instructus eloquio: ingenio excellēs: qui sua eruditiōe & doctrina Italiā multo tēpore illustrauit: Scripsit & uaria & præclara uolumina: quib⁹ nominis sui memoriā posteris cōmēdauit. De quibus subiecta ferunt:

Centuriæ quædam: li. j
In errores linguæ latinæ: li. j
Epistolæ uariæ ad diuersos: li. j

Et quædā alia scripsisse dicit: quæ ad noticiā meā nō uenerūt. Hic ausus est Iliadā Homeri uersu latinis legendā exhibere. Claret adhuc in Italia (ut accepi) uaria cōscribens: sub rege Romanorū Maximilianu: & Alexandro summu pontifice sextu: Anno domini Mill. CCCC. XCIIII.

b Aptista Mantuanus: urdinis fratrum beatæ Mariæ semp uirginis de monte Carmeli: uir in diuinis scripturis eruditissimus: & in sæcularium litterarū scientia nulli secūdus: sacræ theologiæ doctor: philosophus insignis: poeta & orator celeberrimus: ingenio excellens: sermone disertus: uita & cōuersatiōe præclarus: latinæ linguæ decus & græcæ clarus interpres: metro excellens & prosa: Scripsit utroq; stilo multa egregia uolumina: quib⁹ numini suo per uniuersum orbem christianum famam celebrem acquisiuit. E quibus subiecta feruntur. Ad patrem suum:

De beata uita dialogus:	li.	j	Frater baptista: Petro sp.
Suburbanū: de Bucolic.	li.	j	Faustus adit segetes.
Parthenices uita:	li.	iij	Sancta Palæstinæ repetēs.
De sancta Katherina:	li.	j	Costidis aggressi pug.
De uita Ludouici Bonōnien.	li.	j	Maxime pontificū tri.
Vita Alberti Carmel. sapphico:	li.	j	Mensis Augusti redeunt.
De calamitate suorū tēpo.	li.	j	Cogimur isti⁹ mala tēpest.
Panægyricus Roberti:	li.	j	Semideū ueteres insig.
Somniū de eodem:	li.	j	Maxime iusticiæ cultor.
Ad falconē epigrāmatū:	li.	j	Debeo sed curæ ꝓhibent.
Cōsolatio sup morte:	li.	j	Delitiæ sacri fontis cele.
De cōtemptu mortis:	li.	j	Quid meres fatūq; times.
Cōtra poetas turpiloquos:	li.	j	Sunt quib⁹ eloquij datur.
De expugnatiōe Granatæ:	li.	iiij	
De patientia: prosaice:	li.	j	
De ortu religionū:	li.	j	
Apologia ꝓ fratre Petro:	li.	iij	
Introductoriū subtilis Scoti:	li.	j	
Orationes elegantissimæ:	li.	j	

Epistolæ multæ ad diuersos:
Diuersi generis carmina:
Et alia complura.
Viuit adhuc in Italia celeberrima opinione ubiq; nominatus: & uaria cōscribit: sub Maximiliano Romanorū rege: Anno domini quo nos ista complenimus: Millesimo. CCCC. XCIIII.

Obannes Bertram Nuenburgensis: natione teutonicus: Georgij Molito-
i ris Nuenburgensis quondam auditor: uir in diuinis scripturis studiosus & eru dit⁹: & sæcularis philosophiæ nō ignarus: ingenio clarus: sermone scholasticus: primū Erfordiæ: & nūc in gymnasio Moguntino theologiam publice docens: ac multos erudiens: Scripsit in ea facultate quædam præclara opuscula: quibus nomē suū notificauit. E quibus extat opus grande:

In prologum bibliæ:	li.	j	Cogitanti mihi in prisciq.
Collatiōes multæ ad clerū:	li.	j	
De ualore missarū:	li.	j	Reuerēdissimo i christo p.

Quæstiones uariæ:
Et quædam alia.
Claret ætate uirili in gymnasio Moguntino: theologiā ordinarie docens ac uaria componens: sub Maximiliano Romanorum rege clarissimo: & summo pontifice Alexandro sexto: Anno domini quo hæc scribim⁹ Mill. CCCC. XCIIII.

V pertus Gaguinus: natione Gallus: ordinis sanctæ trinitatis generalis mi-
r nister: doctor Decretorū insignis: & tam in diuinis scripturis q̄ in sæcularibus litteris eruditissimus: poeta clarus: & orator facundissimus: qui Italos sæpe stupidos sua eloquētia reddidit: ingenio excellens: uita & cōuersatione deuotus: Scripsit utroq; genere multa præclara opuscula: quib⁹ nomē suū longe lateq; notificauit. E quib⁹ extant subiecta. Opus insigni carmine ad Arnoldum Bostium Carmelitam Gandaui morātem: contra Vincentium de Castronouo: ordinis prædicatorum:

De cōceptione sanctæ Mariæ:	li.	j	Est mihi mens equis te.
De eadē re: prosaice:	li.	j	Nemo christianæ religiōis.
De misera hominis cōditiōe:	li.	j	Inter multa qbus se mens.

De arte metrificandi:	li.	iij	Quæ de cõficiẽdis uersib⁹.
Orationes multæ elegantissi.	li.	j	
Epistolarũ quoq;:	li.	j	

Epigrãmata innumera:
Et alia complura.
Viuit adhuc Parisiis apud sanctũ Maturinũ residens. Et uaria scribit in dies publicanda: sub Maximiliano Romanorũ rege: & Alexandro summo pontifice sexto: Anno domini quo nos hæc scripsimus Mill'.CCCC.XCIIII.

b Aryngbus Sifridi Sinnama de bagis Phrisiæ oriũdus: q uulgo Hermãnus appellat: natiõe teutonic⁹: utriusq; iuris ꝓfessor & celeberrim⁹ interpres: & tã in diuinis scripturis q̃ in sæculari p̃hia egregie doct⁹: ingenio subtilis: sermõe scholastic⁹: cõsilio ꝓmptus & stabilis: cui⁹ apud principes & eccl'iarũ prælatos magni habet' auctoritas: in gymnasio Coloniẽsi docẽdo: scribẽdo: & cõsultãdo facile obtinet principatũ: Scripsit inter alia opus grãde & celeberrimũ: titulos legales enucleatissime declarãs: omnib⁹ in utroq; iure siue in altero studere incipientibus ualde utile & necessariũ:

Super titulos Codicis:	li.	xij	Et si uerbositas sine f.
Super titu.ff.Veteris:	li.	xxiiij	Q̃q̃ autẽ noua pla.
Super titu.ff.Inforciati:	li.	xiiij	Sciendũ erit hic in.
Super titu.ff.Noui:	li.	xij	Quia septẽ sunt partes.
Super titu.autenticorũ:	li.	j	Quis cõstitutiones.
In usus feudorum:	li.	j	Quia hic liber feud'.
De pace constantiæ:	li.	j	Quia impator Fredericus.
Super titu.Institutionũ.	li.	iiij	Q̃q̃ ab hoc libro.
Super titu.Decretaliũ:	li.	v	Q̃m ut dicit impator.

Extant & alia quædam.
Viuit ætate uirili in ciuitate Coloniẽsi: sua illã doctrina illustrãs: sub Maximiliano Romanorũ rege clarissimo: & summo pontifice Alexandro sexto: Anno dñi quo hæc scribimus Mill'.CCCC.XCIIII. Indictione.xij.

t Aphael Regius: natiõe Italus: uir undecũq; doctissimus: p̃hus clarus: poeta celebris: & orator insignis: utriusq; linguæ peritus: ingenio excellens: & disertus eloquio: qui i Patauino gymnasio maximas eruditiõis suæ laudes docẽdo: disputãdo ac cõponẽdo acqsiuit: Fertur multa præclara cudisse opuscula: quib⁹ nomẽ & ingeniũ suũ cũ ingẽti gloria notificauit. De quib⁹ extant subiecta.

In Quintilianũ correctiões:	li.	j	Solent magnanimi benig.
De laudibus eloquẽtiæ:	li.	j	Si quis unq̃ præclari opis.
In epistolã unã Plinij:	li.	j	In opis hui⁹ inscriptiõe.
Cõtra Iohannẽ Calphurniũ:	li.	j	Tametsi grauissimo.
In eundem dialogus:	li.	j	Heri puerorũ turba str.

Orationes uariæ:
Epistolæ quoq; multæ:
Et alia complura.
Viuit adhuc Patauij ut accepi: & uaria cõscribit: sub Maximiliano rege Romanorum: & summo pontifice Alexandro sexto: Anno domini Mill'.CCCC.XCIIII.

l Aurentius Bonicontrius: philosophus & astronomus insignis: atq; in cæteris bonarũ artiũ disciplinis egregie doctus: ingenio præstans & clarus eloquio: metro ualens & prosa: Fertur multa præclara cudisse opuscula: quib⁹ nomen suum ad multorũ noticiam transmisit: sed ego nihil eorum hucusq; uidere potui. Fertur autẽ eius insigne opus per circulũ anni:

Fastorũ prænotatũ:	li.	j

Et quædam cõmentaria:

Et certa alia.
Viuit adhuc in Italia multa & uaria scribens tam metro q̃ prosa: sub Maximiliano Romanorũ rege: & Alexãdro papa sexto: Anno dñi Mill'. CCCC. XCIIII.

Obannes de keyserberg: natiõe teutonicus: uir in diuinis scripturis stu/
i diosus & eruditus: & sæcularis philosophiæ nõ ignarus: ingenio præstans:
nita & cõuersatiõe præclarus: declamator sermonũ celeberrim⁹: qui in cathedrali ecclesia argentinẽsi: a multis annis prædicatoris gerit officiũ: Scripsit nõ/nulla cõmendãda opuscula: sed ad noticiã nostræ lectionis adhuc minime uene/runt: Ferunt aũt eius elegantes:

Sermones ad populũ: li. j
Orationes uariæ ad clerũ: li. j

Et quædam alia.
Magnis hic sumptibus & labore diuturno collegit opera Iohannis Gerson: quorũ multa ex Gallia tandẽ ad nos perduxit: diuidens ea in tris partes ordine pulcher/rimo: ac tabulã utilẽ admodũ cõficiẽs: id totũ impressuræ donauit. Viuit adhuc i ciuitate Germaniæ Argentinẽsi: ac uaria componit: sub Maximiliano Romanorũ rege clarissimo: Anno domini Mill'. CCCC. XCIIII.

Obãnes Picus natione Italus Comes Mirandulæ & Cõcordiæ dominus:
i uir omnis bonæ lr̃aturæ studiosissimus: & sicut præclaro sanguine: ita diui/
no admodũ ingenio nobilissim⁹: magna familiæ omnigenũ artium stipat⁹ caterua: cũ quib⁹ lr̃is & studijs latinis pariter hebraicis & græcis palæstrã exercet: dignus & optime merit⁹ cuius ꝑfectionẽ musæ sequant: doctissim⁹ nostra ætate ph̃us est atq; disputator acerrim⁹: Scripsit stilo elegãtissimo nõnulla quæ ætas nr̃a tũ cõprobare: tũ uel maxime admirari habebit: quib⁹ nomis & gloriæ suæ memo/riã nõ indigne sempiternã reddidit. De quib⁹ extant quæ iã ꝓdiere:

Heptaplus sup principiũ Genesis.
Item Nongẽtæ cõclusiones philosophicæ.
Apologia.
Item super psalmos: li. j

Et plura alia quæ nõdum cõspectui nostro sese exhibuere. Viuit adhuc hodie inte ingeniosorũ adolescentũ suorũ gregẽ apud Italos: neq; altiora scribere: neq; bñfa/cere posteritati cessat: sub Alexandro sexto pontifice maximo: regeq; Romano/rũ Maximiliano: anno quo hæc scribimus Mill'. CCCC. XCIIII.

Obannes Capnion alias Reuchlin: natione teutonicus ex Phorcen oppi/
i do Sueuiæ: legum imperialiũ doctor eximius: Illustrisq; comitis Eberhar/
di de wirtenberg consul cũ facũdissim⁹: tum iuris fideiq; integerrim⁹: om/nis antiquissimæ philosophiæ: & litteraturæ indagator sollertissimus. Triũ princi/paliũ linguarũ Hebraicæ scilicet sil' & Chaldaicæ: Græcæ pariter & latinæ int'pres peritissim⁹. Gallicanæ etiã atq; politioris linguæ nostræ uernaculæ imprimis clar⁹: Et tã in diuinis scripturis secretari⁹: q̃ in sæcularib⁹ lr̃is eruditissim⁹. Quinimo i omni genere doctrinæ hac tempestate præcipuus: puta qui græcorũ: hebræorũ secreta mysteria multis iã annis enixissime penetrauit. Dign⁹ ꝑfecto q solis lr̃is: nõ etiã ꝑstrepenti populari curiæ incũberet. Nullũ em̃ nobis nõ mõ Italia: sed nec sæculũ quidẽ nostrũ: huic tanto uiro parẽ obijceret. Scripsit nõnulla opa quib⁹ memoriã sui præsentib⁹ cõmendauit & posteris. Ad ep̃m Vangionũ camerariũ Dalburgi: Dialogum in quo omia secreta ph̃iæ græcæ hebraicæ & christianorũ portentifica uerba explicat: quem præscripsit

Capnion: uel de Verbo Mirifico: li. iij Rerũ arcanarũ.
De præexercitamẽtis rhetoricis: li. j Est a ueteribus.
De diuersitate q̃ttuor idiomatũ græcæ ling. li. j

Orationem funebrem in mortem Rudolphi agricolæ.

Epigrāmatou & elegiarū: li. j
Epistolas quoq; & oratiões scholasticas sine numero plures.

Multa præterea utilitati nostræ cōmuni e græco in latinū uertit opuscula: Xenophontis apologiā ꝓ Socrate: Nestoriū hæreticū: Confessionē Cypriani: Proclum de beata uirgine: Luciani aliquos mortuorū dialogos: Eiusdē dialogū de concilio deorū: Monomachiā Iliados Homeri de Paridis & Menelai duello in lingua Germanica metrice. Epiphaniū de uita & morte ꝓphetarū. Maximū Tyriū Platonicū philosophū: in orōne: Si deus fecit bona: unde ueniant mala. Viuit usq; hodie litteris incūbens sub Maximiliano rege: principeq; suo Eberhardo de wirtēberg: cuius illustre nomen: insignis ille Capnion ingenio suo illustrius reddit: Anno quo hæc scribimus Mill.CCCC.XCIIII.

c Onradus Leontorius: uulganter de Leonberg: natiōe teutonicus: monachus cœnobij Mulbronnēsis: ordinis Cisterciensiū: uir i diuinis scripturis studiosus & eruditus: & in sæcularibus egregie doctus: philosophus: orator & poeta nō abijciēdus: triū (ut ferunt) principaliū linguarū peritus: ingenio subtilis & disertus eloquio: Scripsit metro & prosa nōnulla opuscula: quibus nomē suū notificauit. De quibus extat uolumen

Epistolarū ad diuersos: li. j
Orationes uariæ:
Carmina multa:
Et quædam alia.

Viuit usq; hodie apud Cistertiū & cœpto perstat in studio: sub Maximiliano Romanorū rege clarissimo: Anno domini Mill.CCCC.XCIIII. Indictione.xij.

c Onradus Celtis Protucius: natiōe teutonicus: ex Francia germaniæ oriūdus: uir undecūq; doctissimus: philosophus clarus: orator facūdus: astronomus & cosmographus insignis: & poeta laureatus: diuinarū quoq; scripturarū nō ignarus: utriusq; linguæ peritus: ingenio excellēs: & disertus eloquio: Scripsit tam metro q̄ prosa quædā præclara opuscula: quibus memoriā sui posteris cōmendauit. De quibus mihi pridem legit subiecta. Ad Maximilianū Romanorum regē clarissimū in utrāq; Marci Tullij Ciceronis rhetoricā:

Epitoma: id est Breuianū.	li.	j	Qui in contiōe quippiā.
De laudibus eloquētiæ:	li.	j	Morine æternis celebrā.
De arte uersificandi:	li.	j	Accepi illustrissi. princeps.
De condendis epistolis:	li.	j	Epl'a seu aplus est uec.
De situ Nurenbergæ:	li.	j	Cū nuꝑ relaxandi animi.
Peregrinatiou ē sarmaticā:	li.	j	Cui dedit nomē uolu.
Carminū:	li.	iiij	Vrsæ doctorū specimē.
Amorꝫ q̄ fm. iiij. lateta ger. inscri.	li.	iiij	Scribere quæ nr̄æ fatalia.
Panægyrin duci Bauariæ:	li.	j	Italicas tētare lyras.
De uita sancti Sebaldi:	Cat.	j	Regiæ stirpis soboles.
Germaniæ sitū:	li.	j	Germaniā scripturus.
Orationes uarias:	li.	j	

Epistolas mītas ad diuersos elegātissimas metro & prosa edidit: ac diuersa epigrāmata: & in cosmographia cuius scientissimus est uaria scripsit: quæ post hac in lucē uētura cōfidimus. Viuit adhuc annos ætatis habens quinq; & triginta: ac uaria scribit: sub Maximiliano Romanorum rege illustrissimo: & summo pōtifice Alexandro sexto: Anno dn̄i quo nos hæc scribimus Millesimo.CCCC.XCIIII.

p Etrus Bonomus Tergestinus imperialis aulæ protonotarius: uir latinæ linguæ eruditissimus: & in cudendis omnifarijs carminibus tum facilimus: tum exercitatissimus: puta ex cuius promptuario Musæ canoræ eructuant: ac propterea multi nomis: & fama celeberrimus. Scripsit plurima & soluta oratio-

ne: & uarij generis carmine. E quibus præcipuæ extant:
Libri Epigrãmaton:
Epistolarũ indefessa congeries.
Nec unq̃ scribere cessat. Viuit adhuc sub rege suo Maximiliano: litteris mancipatus: atq; ingeniũ suum bonis excolens artibus: Anno quo hæc scribimus Millesimo. CCCC. XCIIII. Indictione. xij.

S Ebastianus Ticio alias Brant Argentineñ. natione teutonicus utriusq; iuris professor insignis: & tam in diuinis scripturis: q̃ alijs sæcularis litteraturæ disciplinis egregie doctus: poeticam non mediocriter callens: ingenio subtilis: eloquio disertus: consilio ac actione præcipuus: qui sua eruditione atq; lucubratione Basileã inclytam Germaniæ urbem mirũ in modum exornat: Scripsit tam metro q̃ prosa quædam haud cõtemnendæ lectionis opuscula: quibus nomẽ suum diuulgatũ reddidit: Ex quibus extant:

Super titulis utriusq; iuris:	li. j	Cum difficile.
Rosariũ diuæ Mariæ sapphicũ:		Stirpis humanæ.
In laudẽ uirginis ænigmata ue. testa.		Quæ paris.
Virginalem conceptũ possibilẽ probat.		Huc ades. o.
Admiratio Mariæ adueniente angelo.		Quid tibi uis.
Salutatio angeli.		Missus ab excelso.
De locis mirificis beatæ uirginis.		Si tua uirgo.
Compassio uirginalis.		Nate patris.
Consolatio christi ad matrẽ:		Quid gemis o.
De collaphis christi:		Respice quæ tuleri.
De ingratudine edentiũ mãna.		Sorte sub hac.
In laudem sancti Sebastiani:		Quid tuas coner.
Vita sancti Onophryi:		Nostris carminib⁹ precor.
In laudem sancti Valentini:		Laudibus o præsul.
In laudem sancti Iuonis:		Carminis exorsum.
Vita sancti Bernardi:		O utinam mihi.
In laudem ordinis Carthusieñ.		Spiritussancti.
De contemptu sæculi:		Tu quicũq; uoles.
Laudes beatæ Christianæ prope Basileã:		Postea q̃ meritis.
Contra aduocatos calũniãtes:		Aduocatorũ mores.
De captiuitate regis Maximiliani:		Accipite o reges.
Elegia in mortẽ imperatoris Frederici:		Mirũ nop erat.
Ad diuũ Maximilianũ regem:		Quid iuuat inclyte rex.
Variorũ epigrãmaton:	li. j	

Cõmendaticia carmina in uarias impressiones.
Cõpilauit præterea mira arte & ingenio: uulgari tñ & uernacula lingua libellum quẽdam: quẽ nauem Narragoniæ appellauit. In quo causam & radicẽ omniũ stulticiarum adeo eleganter expressit: mores hominũ carpit: & quædã salutaria remedia singulis tradit: ut nõ iure stultorũ librũ: sed diuinã potius satyrã opus illud appellasset. Nescio enĩ siquid tempestatis nr̃æ usibus salubri⁹ aut iocũdius legi posset. Audit cũ magnopere annitit: ut & latioe: carmine pariter & oratiõe solota opus illod q̃ primũ ꝓdeat. Viuit adhuc apud Basileã: annos habẽs ætatis. xxxvj. eiusq; opera & indostria impressores plurimũ in exornãdis libris suis utunt᷑. Varia enim cõscribit sub Maximiliano Romanorũ rege: quẽ singularit᷑ diligens plura de eo & ad eum suauissima (etiã secreta ut aiunt) condidit carmina: Anoo quo hæc scribimus Millesimo. CCCC. XCIIII.

I Acobus Vymphelingus Sletstetẽsis: natiõe teutonicus: p̃sbyter ecclesiæ Spirẽsis: uir i diuinis scripturis eruditissim⁹: & in sæcularib⁹ lr̃is egregie do-

ctus:theologus celeberrimus:philosophus: orator & poeta omniũ præstãtissim⁹: primũ apud Erfordiã ac deinde in Heydelbergensi gymnasio philosophiã sacrãq; scripturã publice edisserẽs:magnã eruditionis suæ gloriã acquisiuit. Vir inq̃ undecũq; doctissimus: ingenio subtilis: eloquio disertus: qui & metro excellit & prosa: Scripsit utroq; genere quædam præclara opuscula: quibus nomẽ suũ longe lateq; diuulgauit. E quib⁹ extãt subiecta. Ad Bertholdũ archiepiscopũ Moguntinũ opus celeberrimũ hexametro & pentametro uersu elegãtissime composuit:quod prænotauit de triplici candore:

In laudẽ diuæ Mariæ: li. j Maxima nostrarũ spes po.
Præcepta rhetorices: li. j Nescio si tuũ Theoderice.
Laudes Spirẽsis ecclesiæ: li. j
De spũsancto Oratio: li. j Quẽadmodũ expect.
Ad regem Franciæ oratio: li. j Lustra iã octo fruendæ.
De arte poetica: li. j
Carmina uarij generis multa.

Epistolas tam ad me q̃ ad alios multas elegantesq; cõposuit:quarũ incertus est numerus. Ad instantiã Ludouici Spirẽsis episcopi: officiũ de cõpassione beatæ Mariæ semper uirginis cõposuit: quod per eandẽ diocesim annuatim solenniter peragitur. Ad hunc Iacobũ librũ de luminaribus siue illustribus uiris germaniæ iã pridem dedimus. Viuit ætate uirili annos habẽs ferme tres & quadraginta: in inclyta ciuitate Spirensi: & uaria conscribit: sub Maximiliano Romanorũ rege: Anno domini quo nos hæc scripsim⁹:Mill'.CCCC.XCIIII.

Aptista de salis:ordinis fratrum minorũ prouinciæ Ianuensis:uir in diuinis
b scripturis studiosus & erudit⁹:& tam in utroq; iure q̃ in sæculari phia egregie doctus:ingenio subtilis:sermone scholasticus: uita & cõuersatione deuotus: & regularis disciplinæ obseruãtia præclarus: Edidit quædam ad instructionẽ simpliciũ sacerdotũ necessaria opuscula: quib⁹ nomẽ suũ longe lateq; diuulgauit. De quibus extat summa de casib⁹ in foro cõscientiæ ualde utilis:quæ iuxta nomen auctoris uocat':

Summa Baptistiniana. li. j
Et quædam alia.

Compleuit eandẽ summã sub Frederico imperatore tertio: Et uiuit adhuc eius filio Maximiliano regnum tenente: Anno domini Mill'.CCCC.XCIIII.

Ngelhardus Funck de Suobach Francus oriẽtalis: natiõe teutonicus: uir
e doctus & undecũq; peritus:philosophus:orator & poeta insignis: diuinarũ scripturarũ & iuris pontificij non ignarus:ingenio præstans: & disertus eloquio:metro excellens & prosa: Fertur utroq; genere stili quædã cudisse opuscula:quibus nomẽ suũ notificauit. Carmine elegiaco

De laude patriæ suæ: li. j
De anulo sibi donato: li. j
Epistolas plures ad diuersos:
Epigrãmata uaria:
Et alia complura.

Claret Romæ: actor siue aduocatus causarũ: & uaria componit sub Maximiliano Romanorũ rege: Anno domini quo nos hæc scribimus: Mill'.CCCC.XCIIII.

Ohannes Langer de Bolkenhan:presbyter Vratislauiensis: uir in diuinis
i scripturis studiosus & eruditus:& sæcularis litteraturæ non ignarus: ingenio præstans:& disertus eloquio:metro excellens & prosa:uita & conuersatione presbyterio dignus: Scripsit utroq; stili genere multa præclara opuscula: quibus nomen suum notificauit. De quibus extat opus insigne ad Georgium de Lapide dominũ Steynaniæ:quod prænotauit

De censibus & reemp.	li.	j	Ingenti hodie præmor.
Epistolarũ ad diuersos:	li.	j	

Carmina multa:
Et alia complura.
Viuit adhuc in Vratislauia & uaria conscribit: sub Maximiliano Romanorũ rege & Alexandro summo pontifice sexto: Anno domini Mill'.CCCC.XCIIII.

w Ernerus Roleuinck de Laer: natiõe teutonicus: patria westphalus: ordinis Carthusiẽsiũ: domus sanctæ Barbaræ in Colonia agrippina: uir in diuinis scripturis studiosissimꝰ & ualde eruditus: ingenio excellens: uita & cõuersatione deuotus: Edidit multa præclara opuscula: quibꝰ se utilem præsentibꝰ: & memorabilẽ reddidit futuris. E quibus extant subiecta: Opus grande super omnes epistolas Pauli: quod prænotauit:

Doctrinam Pauli:	li.	xiiij	Doctrina Pauli apli omni.
De uita quoq; Pauli:	li.	vij	Sicut fui cũ Moyse sic.
De ualore missarũ:	li.	j	
De regimine principũ:	li.	j	
De studio theologiæ:	li.	j	
Fasciculus temporũ:	li.	j	Generatio & genera. laud.
Paradisus cõscientiæ:	li.	j	Tulit dñs deus hominẽ.
Sermones multi:	li.	j	

Et alia complura.
Vidi olim i eius cellula tractatꝰ paruos quidẽ sed plures & utiles: quorũ titulos iã a memoria tulit obliuio. Viuit adhuc in Carthusia Coloniẽsi ꝓuectæ ætatis & uaria cõscribit sub Maximiliano Romanorũ rege: Anno domini quo ista scripsimꝰ: Millesimo.CCCC.XCIIII. Indictione.xij.

a Rnoldus Bostius: natione teutonicus: ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper uirginis de mõte Carmeli cõuentus Gandensis: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & in sæcularibꝰ lr̃is egregie doctus: theologus: philosophus: orator & poeta præclarus: ingenio acutus: eloquio disertus: uita & cõuersatione deuotus: cuius ad me plures extant epistolæ. Scripsit metro & prosa multa præclara opuscula: de quibus extant subiecta: uolumẽ insigne carmine & prosa cõscriptum: in quo luculenter ostẽdit ordinis sui marianæ ꝓfectionis intuitu prærogatiuã: originẽ & progressũm: quod iccirco prænotari cõplacuit:

De patronatu Mariæ:	li.	j	Petisti uir clarissime an.
De illust. uiris Carthusieñ.	li.	j	Venerabili & inter mis.
De illust. uiris ordinis sui:	li.	j	Frater Arnoldus Bostiꝰ sa.
Cõtra Vincentiũ de Nouocastro:	li.	j	Vsq; quo semp desipies ue.
Epistolarũ ad diuersos:	li.	j	
De quattuor nouissimis:	li.	j	

Carmina diuersa:
Et alia complura.
Viuit adhuc Gandaui ætate uirili & uaria cõponit: multosq; suo exemplo & scriptis ad sancta studia ꝓuocat: Anno domini quo hæc scripsimꝰ Millesimo.CCCC.XCIIII.

b Enricus Euticus Francus oriẽtalis utriusq; medicinæ professor egregius: multa edidit quæ posteritati parat.
Item diuerso & uenusto charactere carminũ opusculũ pulcherrimũ quod intitulauit:
Scõmata seu urbanos & lepidos iuuenũ iocos.
In medicina opuscula plura.
Satyram in sophistas & dialecticos & humanitatis studij inimicos.

In laudes beatæ uirginis:
Et alia plura.
Viuit adhuc quādo hæc scripsimus sub Maximiliano rege: Anno domini Millesimo.CCCC.XCIIII.

Ytelwolfus de Lapide: uir nobilis: natione teutonicus & Sueuus: magni in-
c genij uir: & eloquētiæ Romanæ uehemēs æmulator: & ob id magnū honorē apud Marchionē Brandēbergeñ. cōsecutus. Scripsit ad Georgiū de Lapide auunculū suū: uirū litteraꝝ amātissimū:
De laudibus heroū & uirorū illustriū: li. j
Epistolare cultissimū.
Et alia quib⁹ magnā germaniæ laudē apud Romanæ linguæ cultores pariet. Viuit adhuc hodie sub rege Maximiliano Anno quo hæc scripsim⁹ Mill'.CCCC.XCIIII.

Odulphus Langius: natiōe teutonicus: monasteriēsis ecclesiæ in westpha-
r lia canonicus: uir in diuinis scripturis studiosus: & in sæcularibus lr̄is eruditissim⁹: philosophus: orator & poeta celeberrim⁹: ingenio subtilis: & disertus eloquio: Scripsit tā metro q̄ prosa multa præclara opuscula: quibus nomē suū cū ingenti gloria longe lateq; diuulgauit: de quibus extant subiecta. Ad Hermannū Langiū eiusdem ecclesiæ decanum:
De urbe Hierosolyma: li. ij Splēdidissimæ quōdā urbis.
Ad decanū Colonieñ. carminū: li. j Clara quē uirtus superūq;.
De obsidione Nusieñ. urbis: li. j
De tribus magis carmē: li. j
Epistolæ plures ad diuersos.
Carmina quoq; uaria:
Et alia complura.
Viuit adhuc admodū senex in ciuitate Monasterieñ. multa cōponens sub Maximiliano rege Romanorū: Anno dñi quo ista scripsim⁹ Mill'.CCCC.XCIIII.

Ebastianus Murrbo Colmariēsis: natiōe teutonicus: p̄sbyter & canonicus
f in Colmaria: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & in sæcularib⁹ litteris doctissimus: philosophus: orator: poeta & cosmographus insignis: triū linguarū: hebraicæ: græcæ ac latinæ peritissimus: legū & canonū noticia celebris: in architectura: musica & toto quadruuio nulli secūdus: Scripsit inter alia Ad Iacobū Vymphelingū Sletstetēsem (cui⁹ supra meminimus) breue sed p̄pulchrū
Epitoma de laudib⁹ germanorū: li. j
In Baptistæ Mātuani opera: li. j
Epistolas plures ad diuersos:
Et quædam alia.
Viuit hodie in Colmaria ubi canonicus est & uaria conscribit: quæ in dies publicanda speram⁹: sub Maximiliano Romanorum rege: Anno domini quo nos ista scripsimus Mill'.CCCC.XCIIII.

Arolus Phernandus: natione teutonicus: Brugis oppido Flandriæ ortus: a
c parua ætate captus oculis: & ob id elemētorū quoq; penitus ignar⁹: tantū sui miraculū præbet: ut uelut alter Homerus poeta: musicus: p̄hus & orator celeberrim⁹ euaserit: diuinarū quoq; scripturarū sagacissimus interpres: carmine excellens & prosa: ingenio subtilis: eloquio disertus: uita & conuersatione integerrimus: qui a rege Gallorum publico & perpetuo donatus stipendio in celeberrimo gymnasio Parisieñ. multo tempore litteras hūanitatis egregie docuit: & auctores complures pulcherrimæ exposuit. Demum contemptis omnibus: mundum cum suis stipēdijs deseruit: & ante bienniū ferme ordinem diui patris nostri Benedicti intrauit: in monasterio p̄be reformato qd' Casale Benedictū appellat': situm in quadam silua densissima decem a Bituricēsi ciuitate ferme milibus distā-

teim quo usq; hodie perseuerat:magno feruens çelo animarũ:adeo ut dispensati/one apostolica Leuita ordinat⁹:uerbũ dei cũ maximo omniũ fructu & admiratiõe publice prædicet. Scripsit tã metro q̃ prosa multa præclara nolumina:quib⁹ nomẽ suũ posteritati cõmendauit: In decertationẽ metricã Ruperti Gaguini de purissi/ma cõceptiõe sacræ dei genitricis & uirginis Mariæ: aduersus Vincentiũ de Ca/stronouo ordinis prædicatorũ opus elegantissimũ

Cõmentariorũ.	li.	j	Nõ ambigim⁹ ab aplo.
Laudes ordinis Carmelitarũ:	li.	j	Dum tela uertit partibus.
Odarũ in laudẽ christi:	li.	iiij	
De cõceptiõe cõtra Vincentiũ:	li.	j	
Carmẽ iambicũ de eadẽ.	li.	j	Quãtũ creatis antecellas.
Orationẽ de cõcep.ad carthẽn.	li.	j	
De sancta katherina orationẽ:	li.	j	
Epistolarũ multarũ:	li.	ij	
Carmina ferme inumera:	li.	j	
Elegias de cõtemptu mũdi:	li.	j	

Et alia multa.

Viuit hodie cæcus sed doctissim⁹:in præfato cœnobio mlta ac uaria cõponẽs: sub Maximiliano Romanorũ rege: & summo pontifice Alexandro sexto: Anno do/mini quo ista scribim⁹ Mill.CCCC.XCIIII. Indictione.xij.

Obannes Phernãdus frater prædicti Caroli:natiõe & ipse teutonicus: uir
i undecũq; doctissimus:phus: orator & poeta celeberrim⁹: & diuinarũ scri/
pturarũ nõ ignarus:ingenio subtilis & disertus eloquio:quẽ rex Gallorum ppetuo stipendio donãs sibi in musicũ desumpsit:Scripsit tam metro q̃ prosa mul ta utilia & deuotioni congrua opuscula:quib⁹ nomẽ suũ ad multorũ noticiã dedu xit.E quib⁹ extant subiecta:

De sancto Iohãne baptista:	li.	j	Quo rite plectro.q̃.
Orationes multæ & uariæ:	li.	j	
Epistolarũ ad diuersos:	li.	j	

Carmina & epigrãmata plura:

Et alia mlta. Scripsit etiã horas sanctæ crucis: & cõpassionis sanctæ Mariæ uirginis elegan carmine: quæ Parisius nup impssæ circũferunt. Viuit usq; hodie apud re/gẽ Fraciæ maximo in precio:& uaria cõponit:sub Maximiliano Romanorũ rege: Anno domini quo nos hæc scribim⁹ Mill.CCCC.XCIIII.

Ieronymus Donatus patricius Venetus: uir clarissimus in diuinis scriptu/
b ris studiosus:& in sæcularib⁹ litteris eruditissim⁹:utriusq; linguæ celeberri
mus interpres:ingenio excellens & disertus eloquio: qui licet uxoris & fi/liorũ cura iam distrabat: mirabili tamẽ diligẽtia & incredibili studio feruet littera/rum:multa in dies scribens: e græco multa transferẽs:quæ si al⁹ etiã omni cura so/lutus cõderet: posset esse miraculũ. E quib⁹ extant:

Oratio ad regẽ Lausitaniæ:	li.	j
Orationes quoq; uariæ:	li.	j
Epistolarũ ad diuersos:	li.	j

Et alia complura.

In latinũ uertit Iohannẽ Damascenũ de imaculatis mysterijs. Dionysiũ quoq; de diuinis nominib⁹:& quasdã ipsi⁹ epistolas. Volumẽ etiã de aia Alexãdri Aphrodi/sei philosophi. Et alia multa. Viuit usq; hodie Venetijs annos natus septẽ & trigin/ta:uaria scribens & uertens: sub Maximiliano Romanorũ clarissimo rege: Anno domini Millesimo.CCCC.XCIIII.

i Vdocus Badius Gandensis natiõe teutonic⁹:uir in sæcularib⁹ lr̃is eruditissi m⁹:& diuinarũ scripturarũ nõ ignar⁹:phus:rhetor & poeta clarissim⁹:inge/

nio excellens:& disertus eloquio: qui olim Ferrariæ Baptistã Guarinũ lras græcas docentẽ audiuit:& in ea quoq; scientia doctus euasit. Lugdunũ modo eruditione sua exornat:poetas legit publice & priuatim:plures magnatũ filios instruẽs:Scripsit carmine & prosa multa præclara opuscula:de quib⁹ extãt subiecta. Opus metricũ insigne contra uitia quod prænotauit:

Syluam moralem:	li.	i	
Contra Vincentiũ quoq;:	li.	i	Vincẽti infœlix quæ te de.
Psalteriũ Mariæ:sapphicis:	li.	i	Quã chorus uatũ ne.
De grãmatica quoq;:	li.	i	
Epigrãmata plura:	li.	i	
Epistolæ uariæ:			
Et alia complura.			

Viuit usq; hodie annos natus duos & triginta: multa & uaria cõponẽs:sub Maximiliano inclyto rege: Anno domini Mill'.CCCC.XCIIII. Indictione.xij.

Elias Regnier:iurecõsultus celeberrim⁹:& tam in diuinis scripturis q̃ in sæ-
b culari philosophia egregie doctus:ingenio subtilis: eloquio clarus: cõsilio
cautus: qui in gymnasio Pictauensi iura multo tpe publice docuit: Scripsit quædã præclara opuscula: quib⁹ memoriã sui posteris cõmendauit. E quibus ego uidi tantũ subiecta: Opus celebre quod cõtinet:

Casus sexti Decretaliũ:	li.	i	Bonifacius.viij.cõditor.
Casus Clementinarũ:	li.	i	Iohãnes epus. Diuide in q̃.
De aliis nihil uidi.			

Viuit adhuc in uniuersitate Pictauẽsi: sub Maximiliano rege: Anno domini Millesimo.CCCC.XCIIII.

Vrgerus Venray:natione teutonicus:ordinis canonicorũ regulariũ sancti
r Augustini:cœnobij diui apl'i Petri:quod nõ longe a wormacia sitũ Heyne
dicit'; uir in diuinis scripturis studiosus; & sæcularis lĩaturæ nõ ignar⁹: metro exercitat⁹ & prosa: Scripsit utroq; genere quædã nõ spernẽda opuscula: de q̃bus extant subiecta: Tetralogus quẽ prænotauit:

De institutiõe puerili:	li.	ij	Cũ pueriles aĩaduerterẽ.
De inquisitiõe beatæ uitæ:	li.	ij	Sub anno quo ceres ieiu.
Hymnoꝝ de sancta Maria:	li.	ij	Ecce dei matris Mariæ.
De uario usu litterarũ:	li.	ij	Tametsi optime Petre.
De re mirabili:	li.	ij	Ad cognoscendã uersutiã.
De rebus nouis:	li.	ij	Complura aĩo uolutanti.
De metrorũ generib⁹:	li.	i	Familiarissime in christo.
De accentibus latinorũ:	li.	ij	Hic tetralogus quide.
Panægyricus ad me:	li.	i	Reuerẽdo in xpo prĩ dño.
Epigrãmata uaria:			
Et quædam alia.			

Audio eum ad me opus cudere de calamitatibus horũ temporũ: quod necdũ uidi. Epistolas tã ad me q̃ ad alios carmine ac oratiõe soluta plurimas pscripsit nõ inelegãets. Viuit usq; hodie:& uaria cõponit:sub Maximiliano rege Romanorũ:& Alexãdro papa sexto: Anno dñi quo nos ista scripsim⁹ Mill'.CCCC.XCIIII.

Vdocus Beyssellus regiæ urbis Aquẽsis patricius:natõe teutonicus:uir in
i scripturis sanctis studiosus:& in sæcularib⁹ litteris eruditissim⁹:philosoph⁹
clar⁹:orator facũdus:& poeta insignis: qui licet uxoris & rei familiaris cura sit necessario distractus:incredibili tamẽ amore feruet scripturarum: multa in dies scribens & componens: quibus nomẽ suum cum ingenti gloria ubiq; diuulgatur. E quibus extant subiecta: Dialogus pulcherrimus ad Hermolaum Barbarũ: Platonicorum more:

De optimo genere musicorũ:	li.	j	Perduxi nos o bermol.
De christiano ambitu:	li.	j	Et si tibi omnia suppetunt.
Epitoma stimuli amoris:	li.	j	Cum p hæc christi na.
De rosacea Mariæ corona:	li.	j	Rosaceã augustissime.
Rosarium metricũ:	li.	j	Quisquis amat roseam.
De rosarij mysterijs:	li.	j	Egredimini filiæ syon.
Rosariũ de sacramẽto altaris.	li.	j	Pane sub hoc modico.
Gesta Flandrensium:	li.	j	

Orationes elegantissimæ:
Epistolæ quoq; plures:
Carmina & epigrãmata multa:
Et quædam alia.
Viuit usq; hodie Aquisgrani utriusq; iuris clarissimus interpres: & uaria conscribit sub Maximiliano Romanorũ rege: Anno domini quo nos ista scripsimus Millesimo. CCCC. ac. XCIIII.

Ieronymus Balbus: uir celeberrimæ opinionis: & in omnib⁹ disciplinis bo-
b narum artium egregie doctus: philosophus clarus: & rhetor facũdus: me-
tro excellens & prosa: ingenio præstans: & disertus eloquio: qui docẽdo: legendo publice & scribendo: magnam gloriam apud Gallos & Parisienses commeruit: Scripsit quædam ingenij sui præclara opuscula: quibus nomen suum posteritati cõmendauit. E quibus ego adhuc uidi tantũ: uolumen magnis eloquẽtiæ salibus conditũ: in quo calũnijs respondet cuiusdam Gulhelmi Tardiui rhetoris: per modũ dialogi: sob suo: Caroli Phernandi: Petri Cobardi: & ipsi⁹ infensoris nominibus: cui titulum imposoit:

Rhetoris gloriosi:	li.	j	Inter ea officia quibus.

De alijs nihil uidi.
Viuit adhuc in Gallia scribens & uaria componens: sub Maximiliano Romanorũ rege illustrissimo: Anno domini Mill. CCCC. XCIIII.

Gidius Nettelet: decanus ecclesiæ Cameracensis: uir in diuinis scripturis
e studiosus & eruditus: ac sæcularis litteraturæ non ignarus: ingenio præ-
stans: uita & conuersatione præclarus: & singulari deuotione conspicuus: Edidit quædam præclara uolumina: quibus nomen suum notificauit. E quib⁹ extat opus celeberrimũ omni statui necessariũ: quod mirabili industria pulcherrima q; consequẽtia in unũ comportauit ex epistolis:

Sancti Hieronymi p̃sbyteri:	li.	iiij

Cætera me latent.
Viuit usq; hodie in ciuitate Cameracensi: uita & doctrina celeberrimus & uaria cõponit: sub Maximiliano Romanorũ rege clarissimo: & summo pontifice Alexandro sexto: Anno domini Mill. CCCC. XCIIII.

Hilippus Callimachus: natione Italus: patria Florẽtinus: regis Poloniæ se-
p cretarius: uir undecũq; doctissimus: philosophus clarus: orator facundus
& poeta insignis: ac diuinarum scripturarũ non ignarus: ingenio præstans & disertus eloquio: fertur multa præclara cudisse opuscula qoib⁹ memoriã sui posteris reliquit. De quo ꝫ numero subiecta ferũt. Op⁹ insigne de gestis Attilæ regis impij: quod prænotauit:

Attilam:	li.	j
Historia polonica cõtra Turcũ:	li.	j
De moribus tartarorũ:	li.	j
Amorũ diuerso metro:	li.	j

Et alia complura.

Viuit usq; hodie apud regem Poloniæ: maximo in precio: & uaria conscribit: sub
Maximiliano Romanorū rege: Anno dñi quo hæc scripsim⁹ Millesimo. CCCC.
XCIIII. Indictione duodecima

Aulus nauis: natiōe teutonicus: uir in litteris humanitatis egregie doctus:
p & diuinarū scripturarū nō ignarus: ph̄us & rhetor celeberrimus: ingenio
præstās & disert⁹ eloquio: docēdo & scribēdo uaria in gymnasio Lyptzen/
si magnā nomini suo famā acquisiuit. Scripsit eñ quædā præclara opuscula: quorū
lectio nō uenit cōtemnēda. De qb⁹ subiecta ferūt: Opusculū ꝑ nouitijs religiosis:
De institutione latiniçandi: li. j Cū ego sæpius cogitarem.
Visio cuiusdā heremitæ: li. j Nemus ingens liquide.
Colores artis Rhetorices: li. j Voluisti quondam eleg.
Dialogus idiotæ: li. j Cū repeterē sæpenume.
Epistolæ breues formales: li. j Magnam solet uim &.
Epistolæ ad idem mediocres: li. j Pollicitus sum uir bono.
Epistolæ quoq; longiores: li. j Magnam concipio & in.
Et quædam alia.
Viuit usq; hodie in Germania uaria cōponēs sub Maximiliano rege Romanorū
illustrissimo: Anno dñi quo nos ista scripsimus Millesimo. CCCC. XC. IIII.

Ouslaus de hassenstein: natione Germanus: uir nobilis: & undecunq; do/
b ctissim⁹: orator & poeta insignis: qui præter cōsuetudinē cæterorū nobiliū
hui⁹ tempestatis & arma tractat: & mirabili studio litteras colit: fouet & ce
lebrat: ut uelut alter Plinius secundus: etiā militando libros & carmina conficiat:
Scripsit tam metro q̄ prosa quædā præclara opuscula: quibus nomen suū notifica/
uit. E quibus extant subiecta. Opus præclarum de Germanorū & Italorum:
Inuentis proprijs: li. j
Carminū quoq;: li. j
Epistolæ uariæ:
Et alia complura.
Viuit usq; hodie in castro suo Hassenstein: & uaria cōscribit: sub Maximiliano Ro
manorū rege præstātissimo: Anno dñi Millesimo. CCCC. XCIIII. Indictiōe. xij.

Enricus Northeymensis: natiōe teutonicus: uir in sæcularibus litteris stu/
b diosus & eruditus: & diuinarū scripturarū non ignarus: ingenio subtilis &
disertus eloquio: metro excellens & prosa: scripsit quædā nō spernendæ
lectionis opuscula: quibus nomen suū posteritati cū gloria cōmendauit. E quibus
ego uidi dumtaxat: Opus illud præclarū quod metro & prosa cōscripsit ad Frede
ricum marchionē Mysne ac ducē Saxoniæ: Dimetromachiam prænotatū:
De uirtutū & uitiorū cōflictu: li. j Tu mea laurigeros.
De cæteris quæ cōposuit: nihil ad noticiā meā peruenit. Viuit usq; hodie uaria cō
scribens: sub Maximiliano Romanorū rege illustrissimo: & sūmo pontifice Ale/
xandro sexto: Anno domini Millesimo. CCCC. XCIIII.

Quinus ordinis fratrū prædicatorū: ex Suedia habens uitæ originē: uir in
a diuinis scripturis studiosus & sæcularis litteraturæ nō ignarus: ph̄us cele/
bris & mathematicus præclarus: ingenio excellens: & comptus eloquio:
imitatus Boetiū: scripsit cōmendatissimū opus de numerorū & sonorum:
Proportionibus: li. j
Epistolas quasdā.
Et quædam alia.
Viuit usq; hodie apud ducē bauariæ Ottonē in precio: & uaria cōscribit: sub Ma/
ximiliano rege inuictissimo: Anno dñi Millesimo. CCCC. XCIIII. Indictione. xij.

Lbertus de Prusa: natione Polonus: gymnasij Cracouieñ. collegiatus: uir
a in diuinis scripturis studiosus & eruditus: in sæcularib⁹ quoq; litteris egre/

gie doctus: theologus: philosophus: & astronom⁹ insignis. Carmine Conradi Celtis astrorum perita laudatus: ingenio præstans & clarus eloquio: Scripsit non contemnendæ lectionis plura opuscula: quibus nomen suū notificauit. Sed pauca eorum ad noticiam meā peruenerunt:

In Georgij burbachij:

Theoricas cōmentariorū:	li.	j
Ad ephimeridas Konigsperg:	li.	j

Et quædam alia.

Viuit adhuc in gymnasio Cracouiensi: uaria componēs: sub Maximiliano Romanorum rege: Anno domini quo ista scribimus Millesimo. CCCC. XCIIII. Indictione duodecima.

t Heodericus de Osenbruck: natione teutonicus: ordinis fratrum minorū: prouinciæ Coloniēsis: uir in diuinis scripturis exercitatus: declamator sermonum populariū famosissimus: cuius uitam omnes qui eum nouerunt sanctissimam hoc tempore prædicant: in sermonibus faciendis ad populum tanta gratia diuinitus illustratur: tanta facundia loquitur: tanta denicꝫ compunctione & dulcedine afficit auditores suos: ut similem apud Germanos habuerit neminē. Vnde & per totam prouinciam generalis prædicator constitutus est. Legit mihi nuper dum Coloniæ mecum esset: opusculū insigne & deuotioni congruū: quod composuerat ad instantiam Hermāni archiepiscopi Coloniensis:

De passione domini:	li.	j	Reuerēdissimo in christo.
Manuale simpliciū:	li.	j	Quia sicut Augusti.
De exercitio interiori:	li.	j	Qui perseuerauerit.

Et quædam alia.

Viuit adhuc in ꝓuincia Colonieñ: cœpto fortiter instās officio: sub Maximiliano rege: & Alexandro papa sexto: Anno dñi Mill'. CCCC. XCIIII.

b Artbolomæus Coloniensis: natione teutonicus: uir in sæcularibus litteris egregie doctus: ingenio subtilis & disertus eloquio: philosophus & poeta præclarus: cuius carmina etiā doctissimi poetæ & mirantur & laudibus attollunt: Scripsit utrocꝫ stilo nonnulla celebranda opuscula: quibus nomen suum notificauit. E quibus ego hucusꝫ uidi tantum opusculū de laudibus philosophiæ metro compositum quod prænotauit:

Syluam carminum:	li.	j	Cur Plutoni aurum præ.
De secta Diogenis:	li.	j	Quisquis auet cynice.

De alijs nihil uidi.

Viuit usꝫ hodie Dauantriæ uaria componens: sub Maximiliano rege: & Alexandro summo pontifice sexto: Anno dñi quo hæc scripsimus Mill'. CCCC. XCIIII.

i Obannes thurocꝫ Pannonius: uir in sæcularibus litteris studiosus & exercitatus: ac diuinarum scripturarum non ignarus: ingenio præstans & clarus eloquio: Fertur nonnulla cudisse opuscula: quibus nomen suum notificauit. E quibus extat uolumen non abijciendam: quod multa industria comportauit continens:

Chronicā ungariæ:	li.	iij	Iugi octo bis annis nobis.

Et quædam alia.

Viuere adhuc dicitur & uaria componere: sub Maximiliano rege: Anno domini Millesimo. CCCC. XCIIII.

b Ieronymus de Padua: natiōe Italus: uir in diuinis scripturis studiosus: & in sæcularibus litteris egregie doctus: philosophus & poeta præclarus: ingenio excellens & disertus eloquio: scripsit quædam non contemnendæ lectionis opuscula: quibus memoriam sui posteris cōmendauit. E quibus extat libellus pulcherrimus: Iesuida prænotatus: ad Petrum donatū Paduanæ urbis episco-

pum:metrice.
De passione domini: li. j Maxime cælicolū supra.
Extant eius & alia.
Viuere adhuc dicitur & uaria componere:sub Maximiliano rege: Anno domini Millesimo.CCCC.XCIIII.

Ranciscus mataracius Perusinus:uir in sæcularibus litteris eruditus:& di
f uinarum scripturarum nō ignarus: philosophus: orator & poeta celeberrimus: & in utraq; lingua peritissimus: ingenio excellens & disertus eloquio:Scripsit quædam præclara opuscula: quib9 memoriam sui posteris reliquit: E quibus extat opusculum celeberrimū ad Petrum Paulū Corneliū adolescentē:
De cōponendis uersibus: li. j Poeticā artem ueteres.
Epistolarū ad diuersos: li. j
Epigrāmata multa:
Et alia complura.
Claruit sub Frederico imperatore tertio: & Sixto sūmo pontifice quarto: Anno domini Millesimo.CCCC.LXXV.Et nescio si uiuat adhuc.

Ominicus Mancinus:uir in diuinis scripturis admodum eruditus:& in sæ
.d cularibus litteris egregie doctus: metro excellēs & prosa: ingenio subtilis & clarus eloquio.Scripsit quædam probata opuscula: quibus nomē suum diuulgauit. E quibus ego legi dumtaxat tractatum illum quem eleganti metro cōposuit:
De passione domini: li. j Noti hominū laudes:nec.
Scripsit & alia.
Viuere adhuc dicitur & uaria conscribere: sub Maximiliano Romanorū rege nobilissimo: Anno dñi quo nos ista scribimus Mill.CCCC.XCIIII.Indictione.xij.

Vdouicus brunus:natiōe Italus de Marchionatu mōtis Ferrati: uir unde
l cūq; doctissimus: utriusq; iuris professor & celeberrimus interpres: poeta laureatus:philosophus & orator insignis:ac diuinarum scripturarum non ignarus:ingenio excellens & disertus eloquio.Fertur utroq; genere scribēdi multa præclara cudisse opuscula: sed nihil eorū ad manus nostras memini peruenisse præter illum tractatum quem eleganti carmine descripsit:
In coronatione
Maximiliani regis: li. j Sancta per æternū petra.
De cæteris nihil uidi.
Viuit adhuc & uaria cōscribere dicitur:sub eodē rege Maximiliano: Anno domini Millesimo.CCCC.XCIIII.

Acobus Sprenger natiōe teutonicus:ordinis fratrum prædicatorum pro
i uincialis Coloniensis:uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus:& sæcularis philosophiæ non ignarus:ingenio præstans & apertus eloquio: cum pridem esset ab Innocentio papa octauo inquisitor hæreticæ prauitatis cōstitutus unacum Heinrico institoris eiusdem ordinis theologo:comportauit & scripsit eodem collega suo iuuante uolumē contra maleficas mulierculas diaboli instrumēta:pro cautela simplicium:quod prænotauit:
Malleū maleficarum: li. iij Vtrum asserere maleficas.
Siquid amplius scripserit nescio.
Viuit usq; hodie in conuentu suo Coloniensi:sub Maximiliano rege Romanorū clementissimo: Anno domini quo hæc scripsimus Millesimo.CCCC.XCIIII. Indictione duodecima:

Ohānes Tholosus natiōe teutonicus:ex Francia oriētali: quæ Franconia
i dicitur oriundus:canonicus Ratisponensis:& præpositus Forchemensis: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus:& in sæcularibus litteris egre

gie doctus: pontificij iuris doctor insignis: astronom⁹: cosmographus & poeta ce/
leberrimus: ingenio subtilis & disertus eloquio: Scripsit tam metro q̄ prosa quæ/
dam præclara opuscula: quibus nomē suum posteris cōmendauit. Sed nihil eorū
ad manus nostras memini peruenisse. Feruntur autē ab his qui hominem probe
nouerunt eius in diuersis rebus:
Epistolæ elegantes: li. j
Et quædam in Mathematica:
Et quædam alia.
Viuit usq; hodie in ciuitate Ratisponensi prouinciæ Noricorū: & uaria cōscribit:
maximus doctorū hominū fautor: sub Maximiliano rege Romanorū: & Alexan/
dro papa sexto: Anno domini Millesimo. CCCC. XCIIII. Indictione. xij.

Dam wernerus Themarensis: natione teutonicus: uir in sæcularibus litte/
a ris egregie doctus: & diuinarum scripturarū non ignarus: philosophus &
poeta non futilis: ac iuris cæsarei clarissimus interpres: ingenio præstans &
disertus eloquio: uana scribit: metro ludens & prosa: quibus nomen suū longe la/
teq; notificauit. Extant eius & multa & elegantissima carmina sparsim de diuersis
rebus & materijs:
Carminū ad me: li. j Reuerendo in christo prī.
Epistolæ quoq; multæ:
Ad me cudit de sancta Anna: li. j
Alia insuper complura scripsit & scribit in dies publicanda. Viuit usq; hodie apud
Heydelbergā pædagogus iuuenū principum: sub Maximiliano rege: Anno dn̄i
quo ista conscripsimus Millesimo. CCCC. XCIIII.

Ohannes de Duseldorp natione teutonicus: ordinis fratrū beatæ Mariæ
i semper uirginis de monte Carmeli: prior argentinensis: uir in diuinis scri/
pturis studiosus & eruditus: & sæcularis philosophiæ non ignarus: theolo
gicæ facultatis celeberrimus interpres: ingenio præstās & uita præclarus: dicitur
multa scribere sed celare. Vidi quosdam ipsius tractatus: quorum titulos nunc ad
memoriam reuocare non potui. Viuit usq; hodie apud Argentinam sub Maximi
liano Romāoꝝ rege clemētissimo: Anno dn̄i Mil. CCCC. XCIIII. Indictiōe. xij.

Heodericus Vlsenius homo phrysius singularis eruditōis & peritiæ in car
t mine & oratione: Inter quæ extant eius:
Elegiæ cultæ:
Et alia epigrāmata.
Et alia plura quæ ad posteritatem uentura sunt. Viuit adhuc sub Maximiliano re/
ge Romanorum: Anno domini Millesimo. CCCC. XCIIII.

Artmānus schedel Nurenbergensis natione teutonicus: artium & medici
h næ doctor diuinarum quoq; scripturarum non ignarus: ingenio præstans
& clarus eloquio: comportauit & scripsit inter alia ingenij sui opuscula: ex
Iacobo Pergomēsi & alijs historiographis addēs nōnulla maxime de rebus Ger/
manorum opus grande & insigne quod continet:
Historias temporū: li. j
De cæteris nihil uidi.
Viuit usq; hodie apud Nurenbergam: sub Maximiliano rege: Anno domini Mil/
lesimo. CCCC. XCIIII.

Ohannes abbas monasterij sancti Martini episcopi: ut Spanhem: ordinis
i diui patris Benedicti: Mōguntinæ diocesis: natiōe teutonicus: patria Mo
sellanus: ex uilla Trittenhem Treuerensis diocesis oriundus: quamuis nō
sim dignus q̄ nomen meū cum scriptoribus ecclesiasticis poneretur: propter in/
genij paupertatem: tamen amicis urgentibus compulsus sum in fine huius cata/
logi: mearū quoq; lucubrationū titulos & exordia ponere: exēplo diuorū patrū:

Hieronymi: Gennadij: Honorij presbyteri Augustudunēsis: & Sigeberti monachi Gemblacensis: qui se quoq; in fine suorum tractatuum de his ipsis rebus editorum posuerunt. Scripsi ergo præter hoc opus etiā subiecta. Et primu quidem ex mandato præsidentiū generalis capituli abbreuiaui:

Statuta eiusdē capituli.	li.	j	Qm̄ nolenti singula.
De uisitatione monachorū:	li.	j	Fratres tuos uisitabis si.
De mō seruādi capitulū:	li.	j	Qm̄ in celebrandis ca.
In regulā sancti Benedicti:	li.	ij	Venite filij audite me.
Exhortationē ad monachos:	li.	ij	Militiæ christianæ cōuenit
De temptationibus:	li.	ij	Humanū genus per.
De uita sacerdotū:	li.	j	Petis a me Nicolae frater.
De uitio ꝓprietatis:	li.	j	Omnes ad uitā æternā.
De miseria huius uitæ:	li.	j	Cum nihil sit uita præsens.
De ruina ordinis nostri:	li.	j	Cū ordinis nr̄i pristinū.
De illustrib⁹ uiris nostri ordinis:	li.	iiij	Cogitāti mihi ac crebrius.
Laudes ordinis Carmel.	li.	ij	Precibus & instātia.
De laude scriptorum.	li.	j	Venerabili patri dn̄o. g.
De luminarib⁹ germaniæ.	li.	j	Qm̄ sunt nōnulli.
Epistolarū ad diuersos:	li.	j	Petitis ut copias e.
De sancta Anna:	li.	j	
Sermones uarios:	li.	j	

Collatiões uero tam in capitulis generalibus q̄ in obseruātialibus uel alias habitæ sine certo numero: partim habent: partim subtractæ sunt. Hæc ergo sunt (præter ea quæ adhuc in manibus imꝑfecta uersant) quæ me scripsisse ad præsens recolo: Anno ætatis meæ quarto & tricesimo: assumpti abbatiæ officij decimo: cōuersiōis uero duodecimo: sub Maximiliano Romanorū rege: & summo pontifice Alexādro sexto: Anno dn̄i (quo hunc catalogum iam tertio emēdaui: augmētaui: & cōpleui) per septenniū ferme in eo laborans. Mill. CCCC. XCIIII. Indictione. xij.

i Am nūc igitur post multos tandē labores operi nostro finem imponam⁹: qm̄ & si multi restant scriptorum illustrium catalogo digni: nobis tamē impossibile fuit omniū uel sola nomina inuenire. Eos uero quorum certitudinē habere potui diligenter consignaui: nec quemq̄ scienter omisi: cuius opuscula: ingeniū & tempora scire potuissem. Neq; ignoro q̄ multi eruditissimi uiri hodie supersint uaria cōponentes: quorum ego nullā feci mentionem: non ꝙ eos iudicauerim indignos nostro catalogo: sed propterea ꝙ opuscula sua uel celare maluerunt: uel non usq; adeo multiplicata sunt: ut in noticiā meā uenire potuerint. Feci quātum potui: non quātum uolui: quippe qui omnes quotquot sunt uel unq̄ fuerunt (si licuisset) scriptores mihi cōciliassem. Relinquo posteris eam prouinciā: ut de sua uena addant: ubi ego fatigatus destiti. Cæterū uos oro patres cōscripti: qui cælica regna tenetis: qui hunc nostrum catalogum uestris nominibus: ingenijs & lucubrationibus exornatis: quatenus si uera: si iusta: si digna: si deniq; grata de uobis scripsimus: omnipotentis dei clementiā pro nobis exoretis: ut culpas abluat: ueniam tribuat: sanctum propositū confirmet: intellectū illuminet: affectum purificet: participes gaudiorum uestrorum clementer efficiat. Q̄ si in aliquibus min⁹ q̄ res ipsa requirebat potuimus: ueniam nobis o sacratissimi donate: quoniā sicubi erratum est: uitium est ignorantiæ non uoluntatis. Vos etiā o clarissimi uiri scriptores: qui adhuc uitam terrenā & mortalem agitis: uos interpello: uos obtestor & oro: si quid minus uestris meritis: ingenijs uel lucubrationibus dignum in hoc catalogo peregimus: non uolūtati: sed imperitiæ nostræ ascribatis: ueniam quam

petimus nō negantes: quoniā sicubi defecimus: eorum culpa fuit qui nobis aliter q̄ se res habet opuscula nostra uel ingenia descripserūt. Lectorem deinde huius catalogi monemus & obsecramus: ne facile contra nos moueat': si scriptorum nomina: dignitates: patriam: uel opuscula secus exarata inuenerit: q̄ ipse forsitan alibi legit: cum historiarū transacti temporis dissonantiam: nemo unq̄ potuerit conciliare. Neq; nos aliquid scripsimus: quod non multis locis uel testimonijs fuerit comprobatum. Verum sicut in principio hui' operis professi sumus: libenter cedimus opinioni cuiuscūq; beniuoli correctoris: quā & ueritas solidā: & charitas reddiderit sinceram. Nouissime uero nobis deridendi sunt æmuli: qui more canum ex consuetudine pessima latrantes: omnia damnant: omnia uituperant: omnia lacerant: quæ uel ipsi non fecerint: uel suis opinionibus inuenerint esse contraria. Mox em̄ ut uel modicū legere cœperint: stomachantes frontem contrahunt: linguam maledicam efferunt: hoc falsum: illud nō uerum esse dicunt: iudices temerarij prius q̄ examinatores ueritatis effecti. Sed quæ nobis causa cum istis: qui nihil uituperant nisi bonum: nihil laudant nisi malū? Cōtemnendi sunt igitur inuidi canes: nō docendi. Nos autē & si displicere maliuolis existimemus gloriosum: bonis tamen & eruditis uiris placuisse multo gloriosius arbitramur: a quibus sicubi erratū esset libenter corripimur: correcti fructuosius emendamur. Excuset nos amor scripturarum: pro quibus hoc onus graue intrepida ceruice subiuimus.

Explicitus est liber de Scriptoribus ecclesiasticis disertissimi patris domini Iohannis de Trittēhem abbatis Spanhemēsis: Basileæ: Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto.


Reuerendi patris dñi Iohãnis de Trittenhem abbatis Spanhemẽsis: ad uenerã/
dũ doctissimũq; uirum: patrẽ Albertum Morderer Epistola responsiua: rationem
reddens: cur inter ecclesiasticos scriptores multos sæculariũ litterarũ ꝓfessores
posuent.


Rater Iohannes de Trittẽhem abbas in Spanhem: ordinis sancti Benedi/
f cti: fratri Alberto Morderer: ordinis minorũ de obseruãtia: amico salutem
dicit. Mirari te dicis (Alberte amantissime) ꝙ professores sæcularium litte/
rarum: qui nihil ecclesiasticũ scripserũt: inter uiros illustres ecclesiasticosq; scripto/
res posuerim: cum harum rerum scriptores Hieronymus: Gennadius: Isidorus:
Honorius: Sigebertus: & reliqui doctorum censores id minime fecisse inueniant:
indignum iudicans: ut sæcularibus disciplinis intenti: qui nihil ad ecclesiæ uniuer/
salis ædificationẽ laborarunt: inter ecclesiasticos scriptores locum sortiant. Non
miror ꝙ miraris: mirantur & cæteri. Tibi ergo respondendo satisfecerim omnib⁹:
qui eadem opinione tenentur. Et primo quidem cur alij non fecerint quod me fe
cisse miraris: nihil ad me pertinet: ego uero quare fecerim quod illi non fecerunt
breuiter narrabo. Equidem bonarũ artium professores in fide catholica manen/
tes: philosophos: oratores atq; poetas: qui utile honestumq; in sua facultate quip/
piã scriptitant: ego indignos catalogo illustriũ uirorum nequaq̃ cẽseo: quos tuua/
re ecclesiã suis lucubrationibus non ignoro. Neq; enim satis eruditũ in diuinis scri/
pturis quemq̃ dici posse arbitror: ubi sæcularis litteraturæ disciplinam ignorarit.
Quomodo autẽ eam discet theologus: si non sit qui tradiderit? Quis nesciat quã/
tum christianus & fidelis philosoph⁹ prosit ecclesiæ: qui gentiliũ errores destruit:
argumẽta & fallaces syllogismos aperit: dogmata infideliũ cõfundit? Lege uete/
rum historias: & inuenies gesta fidem astruere uerbis. Quotiens orthodoxi phi/
losophi calliditatẽ hæreticoꝝ disputãdo destruxerint: gentiles superarint: scisma/
ticos uicerint? Quid mltis utar? Omnis theologorũ schola: a philosophia iam stu/
dendi sumit exordium: adeo ut theologus esse non possit: qui prius philosophus
apud eos nõ extiterit. De oratorib⁹ quid dicam: sine quorũ magisterio infructuo/
sum antiqui omnẽ censebãt theologum: quippe qui bona quæ didicisset alijs per/
suadere nõ potuerit. Rhetor enim figuras scripturarũ reserat: tropos dilucidat:
dissoluit nodos: colores ostendit: dubia enucleat: umbras uerborum efficit claras.
Qui dum oratoris assumit officium: facile hæreticorũ allegationes destruet: atq;
cõuincet errores. Quis deniq; boni oratoris laudes digne prosequi ualeat: si quã/
tum in persuadendo possit diligẽter pensat? O utinã omnes theologi nostri tem/
poris oratoriã colerent: quãtum in ecclesia dei suis exhortationib⁹ fructum produ
cere possent. Theologus orator: animos auditorũ suorum in potestate sua habe/
re dicit: ad cui⁹ persuasiões ad ea quæ sancta & iusta sunt facile mouent. Sed neq;
poetas christianos abijcimus: quos theoriæ nostræ magis appropinquare nõ du/
bitam⁹: qui sub umbra rei gestæ uel fictæ: quid agẽdum fugiendũue sit nobis dul/
ci compendio demonstrant. Neq; ignoramus quantam iniuriam hodie suscipiant
poetæ a theologis quibusdam indigestis & crudis: qui omnes poetas una sentẽtia
damnãt: mendaces eos asserentes atq; turpiloquos: quasi nõ possint esse ueraces
& boni: qui carmina ueterum imitantur poetarum. Absit poetam bonum esse nõ
posse atq; ueracem: qui sanctos patres Augustinũ: Hieronymũ: Sedulium: Pru/
dentium: Bedam aliosq; innumerabiles in hac arte habuit præcessores. Sed non
est mei officij neq; huius temporis horum ignauiã redarguere. Vt ergo claudam
epistolam: ego philosophos: oratores: poetas cæterarũq; bonarum artium culto/
res fideles & christianos: qui aliquid utile scripserũt ecclesiasticis scriptorib⁹ cõnu/
merãdos existimaui triplici rõne. Prima ꝙ eorũ opuscula ad scientiã sanctarũ scri/
pturarũ: nõ modicũ cõducere posse arbitrat⁹ sũ. Secũda ꝙ uerisile mihi uisũ sit eos

aliqua ecclesiastice scripsisse quæ me lateãt: Vltima: ꝙ occasionẽ sibi per nos datã intelligant: ut ecclesiastice deinceps scribentes: locum susceptum condignis laboribus exornent. Tantos ergo uiros ecclesiæ catholicæ tam utiles: tu ne reijciẽdos existimas? Absit a nobis ut tam temeratam illis iniuriam irrogemus: qua nos credant æmulationis studio ꝓuocatos nõ ratiõe pietatis: Dicantq; nobis illud quod uulgo iactatur prouerbiũ: Scientia nõ habet inimicum nisi ignorantem. His itaq; breuiter tibi respondere uolui: ut scires non sine causa factum: quod factum ante mirabaris. Vale: nostri memor ad deũ in orationib⁹ tuis. Ex Spanhem. iiij. nonas Aprilis: Anno domini Millesimo. CCCC. XCII.

In laudẽ Catalogi scriptorũ ecclesiasticoꝝ optimi patris Iohannis de Tritthem abbatis Spanhemensis: cõmendatio Sebastiani Brant.

Scriptores quicũq; uelis nouisse ꝓbatos
  Ecclesiæ: & quicquid quisq; decoris habet:
Abbatis docti legito hoc epitoma Iohannis
  Ex Spanhem: sua quem uita diserta probat.
Ordinis instaurat prisca hic ceu dogmata patrũ:
  Vtq; Benedicti iura sacra ille nouat:
Sic ueterũ curat scriptorũ nomina sparsa
  Cõportare: uno colligere atq; libro.
Catalogũ ponit: quo tempora supputat: & quid
  Scripserit auctorũ tam ueneranda cohors
Vendicat a cane tot nomina digna uirorũ:
  Sub pedibus temnit quos modo tempus edax.
Et mirũ est potuisse unũ tot in ordine dignos
  Aut legere: aut tantos cõmeminisse uiros
Vt plane addubitẽ: si fors non legerit omnes:
  Visa sit e cunctis pars sibi multa tamẽ.
Quo fit ut in numerũ doctorũ iure reponã
  Hunc quoq; magnanimũ ꝑspicuũq; uirum.





TRITTEMI
LIBER
DE SCRIPT.
ECCIS

1492